









BENE-DICTORUM

SIVE

QUÆSTIONUM PUBLICE

TRACTATARUM

SYLLOGE I.

QUAM

SS. TRIADIS AUSPICIO,

PRÆSIDE

VIRO AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO,

DN. JOH. OTTONE TABORE U. J. D.

IN INCLUTA ARGENTINENSIVM UNI-  
VERSITATE COD. ATQUE FEUD. PLACIT. P. P.

ET ANTECESSORE DIGNISSIMO, PATRONO

ET PRÆCEPTORE SVO ENIXE SVBMISSE-  
QVE COLENDO,

SOLENNI CENSURÆ

IN AUDITORIO MAIORI AD D. <sup>30</sup> XXII. M.  
MARTII INSTITVENDÆ EXPONIT

DOMINICUS DIETRICH.

ARGENTORATENSIS,



ARGENTORATI,

Typis JOANNIS PHILIPPI MÜLBII,

ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.

Anno M. DC. XLII,

239

1642, 8.

37





VIRI  
MAGNIFICA AMPLITUDE,  
PRUDENTIA REGENDÆ REIP. SVBLIMI,  
ILLVSTRIS  
DN. IOHANNIS IACOBI  
MEYERI,  
IN INCLYTA S. R. I. LIB. REP.  
ARGENTINENSI  
CONSULIS, TREDECIMVIRI, SCHOLARCHÆ,  
PATRIÆ PATRIS,  
undique meritissimi:  
AVUNCULI mei pii, benigni,

Continuandam deinceps gratiam & favorem  
in me ingentem,  
*debitâ multis nominibus submissaque hujus  
Exercitiij Academici oblatione*

*venerabundus  
prorogare annitor  
M. A. E.*

nepos & cultor devotissimus

Dominicus Dietrich.



**N** Il prodest magnum decus ostentare parentum,  
 Nec quicquam patris facta notare juvat,  
 Marte decus proprio, propriâque adipiscitur arte,  
 Et cuivis à se laus sua, nomen, honos.  
 Hoc unum **DIETRICE** cupis tibi, & unica cura est,  
 Ut propriâ arte tibi nominis extet honos,  
 Ingenium mirè alma tuum Themis ipsa beavit,  
 Maxima donavit pulcraque dona tibi:  
 Juris amas studium solvisque ænigmata legum,  
 Ut sacra **JUSTITIÆ** pandere ritè queas,  
 Tempora dum jungis studiis nocturna diurnis,  
 Juridicè vegeto differis ingenio:  
 Grator ego ex animo votisque ardentibus oro,  
 Præclaram ut famam tollat ad astra tuam!  
 Te decorare forum dicant, prodesse Clienti,  
 Difficiles lites Composuisse ferant.

*benefolii affectus Contestandæ  
causa adjecit*

Affini suo dilecto

Fridericus Deckherr. V. I. D.

**T**E jubet alma Themis cathedræ conscendere sedem,  
 Te jubet ingenii dona probare tui.  
 Tu facis, atque decus virtutum illustre tuarum.  
 Omnibus exactâ, **DOMNICE**, lance probas.  
 Miratur te docta cohors, plausuque secundo  
 Ingenii fœtum laudat opesque tui.  
 Nec non ex animi totis penetralibus optat,  
 Ut Themis incathedram te quoque diva locet,  
 Unde novos Themidos doceas cum fœnore pullos,  
 Et niteas patriæ gloria summa tuæ.  
 Huic votum subscribo meum, simul amplius addo,  
 Cum peregrinandi te superârît amor

Linque-



Linquere natales, alienas visere terras,  
Ut duce divino Numine tutus eas,  
Et redeas olim magnis proventibus auctus,  
Ceu ratis ignotis rebus onusta, domum.

*scribebam  
Amico meo primario*

M. Samuel Glonerus P.L.

**D**ivina res est juris ars, laudata vix  
Unquam satis, felicitatis imperii decus  
Origo publici boni, & justitiae status  
Vitaque civilis salus, spes pauperum.  
Quam dum labore sedulo sectaris, &  
Subtiliori mente perlustras, tuis  
Dieterice rem dignam artibus, dignam tuam  
Industria moliris; amplius nihil  
Restat: nisi ut praestare pergas, quem tua  
Sperare vult virtus, patronum litibus  
Aequum, boni justique vindicem, omnibus  
Constans amicis pectus, & tuis decus.

*pauca haec gratulabundus  
adjecit*

Iohannes Sebastianus Gambs.

**T**u mihi praere reliquis celebrandus versibus esses,  
ad patriam quod te commoda rite paras.  
Dum juris tricas, dum legum aenigmata solvis;  
& sic egregias juris opes penetras.  
Versibus aut opus est nequaquam: praedicat ipsa  
res, quia nunc monstras hisce tuis thesibus  
Ingenii venam, qua nae torrentior ulla,  
artibus atque bonis vix dabitur melior.  
Maeste tuis studiis, DIETRICH, ter amabile pectus,  
praemia pro merito reddet honora Themis.  
Urge coepta, tuum salvumque per ardua cursum  
dirigat, & nutu te juvet ipse Deus.

*Elias Brackenhofer.*



I. N. D. N. I. C.

**BENE-DICTORVM SIVE**  
**QVAESTIONVM PVBLCICE TRACTA-**  
**tarum. Sylloge. I.**

Resp. DOMINICO DIETRICH  
 Argentinenſi.

PRÆFATIO.

**I**Nter cætera legalis ſcientiæ exercitamenta in ſcholis veterum Jureconſultorum magis, quàm proximis ſupra ætatem noſtram ſeculis, frequen-  
 tatum & illud fuit genus *πρωτωνισματo*, quo facta quotidiana à prudentibus in prætoriis, collegiis & fori peristyliis definita, deinde inter amicos ulterius excuterentur: Exiſtimarunt enim viri publici privatiq; JurisConſultiffimi, & ipſius Imperii gubernaculis adſidentes, haud elegantioribus exemplis explicari vim theſeon & principiorum poſſe, quam ſi facta hypotheſeon quotidiana, ad illa pro re natâ adplicarentur. Quâ de re neminem dubitare arbitramur, niſi qui Papiniani, Ulpiani, Marciani & cæterorum in Jurisprudentiâ clariffimorum nominum libros reſponſorum, diſputationum, quæſtionum, benedictorum, quotidianorum, aureorum, ejuſq; commatis tractationum negligentiore quàm conveniebat oculo evolve-  
 rit. Quorum auctoritate cum jamdudum commoveremur, veriti tamen ab imperitorum multitudine novatorum epitheton, hætenus ab imitatione abſtinuimus: dum Viri docti Aſſefforum facultatis noſtræ conſilia anecdota deſiderantes, nos animarunt, ut illorum promulſidem ali-

A quam



quam exhiberemus, invitaturi ceteros commilitones nostros, ut similes ex ejusmodi consultationibus observationes elicere, labore omnium facillimo non pigrentur: moti gravissimâ adhortatione magistri nostri Jac. Cujacii, qui in præfat. respons. Scævolaë auditores suos & studiosos Juris omnes his olim vernaculis sibi verbis allocutus est. Il faut s'estudier à cela, d'estre maistre du fait. Steriles enim Juris sunt aut esse videntur, qui non explanant facta, qui que ea omni ex parte non excutiunt. In facto enim & jus ipsum quadantenus est positum. Et cum sola quæstio facti in judicis potestate sit. l. i. §. sed non utique. ad SC. Turpil. huic quoque nonnulla in scholis opera erit locanda: Ne in fori aliquando delati theatra, in peregrinum terrarum orbem nos pervenisse arbitremur: & merito nostro audire cogamur illud, quod aliquando pragmaticus quidam Jctis gravissimis improperare in loco quodam publico & Justitiæ sacro ausus fuit: Sie giengen mit lauter thesibus vmb/ vnd fündten das Jus so gar nicht ad hypothesen applicir/ vnd schicken. Illud autem meminisse lectorem volumus, prælusiones has esse, ex veteribus atque recentioribus casuum decisionibus alternatione quâdam adhibitâ decerptas, quarum elaborationi paucissimarum horarum advigilationem D. Præses impendere potuit: qui tamen à commilitonibus continuandam deinceps delineationem diligentius exasciare non gravabitur, si specimen hoc bonis mentibus non ingratum accidisse experietur.

## Bene-dictum I.

*De Institutione Liberorum, qui ex conjugis superstitis  
secundis nuptiis nascituri sunt.*

1. Statutis nonnullis Sæteri conjuges per ultimam voluntatem sibi invicem relinquere. An ergo liberis ex altero superstiti matrimonio nascituris liceat?
2. Rationes dubitandi.
3. Decidendi.

4. Refp.



4. *Resp. ad rat. dñb.*

5. *Consil. super hoc facto facult. Iur. Arg.*

6. *Formula nova & digna relatu. D. D. Lockamere in hoc casu dispo-*  
*nendi.*

1. In iis locis, ubi Conjuges sibi invicem ut inter vivos, sic & mortis causâ bonorum proprietatem conferre vetantur; (ut in Rep. hâc inclutâ. *Groß R. D. art. 241. sub. rubr. kein Ehlich Gemächte mag dem andern etwas eigenthumblich geben; & ibi. die Giffte soll nicht gelten/ in welchen weg sie geschehe. Et in der Kl. R. D. artic. 57. rubr. Mann vnd Weib mögen einander ihr Gut nicht geben in Eigenschafft weise. &c. contra sententiam Juris communis. l. qua dotis. 33. solut. matrim. l. ult. C. si quis aliq. test. prob. quo injusti demum conjuges sibi invicem relinquere aliquid vetantur. l. uxori maritus. 27. d. usufr. leg. Quaquam prohibitio statutaria non omni careat è vetustate exemplo. v. P. Peck. de testam. Conjug. lib. 1. cap. 1. n. 2. nec ratione: v. idem lib. 4. cap. 1. conf. Scip. Gentil. lib. 4. d. don. int. vir. & uxor. Consil. Arg. vol. 2. conf. 69. ubi aliorum quoq; locorum consuetud. indicantur.) sæpe fieri solet, ut usumfructum quidem ipsi superstiti, proprietatem autem aliquã seu certam pecuniæ summam superfuturi cõjugis liberis, ex iterando conjugio nascituris, sive institutionis, sive legati titulo soleant relinquere: cujusmodi dispositiones, ut Juri, maximè municipali contrariæ, aliquando his argumentis fuerunt impugnatae.*

2. Quòd (1.) non valeat heredis institutio, si is heres institutus sit, cum quo nõ est testamenti factio. *l. si alienum. 49. §. 1. de hered. instit. §. in extraneis. 4. l. de hered. qual. & differ.* At cum eo qui nondum est in rerum naturâ, non videtur esse testamenti factio, neque enim dare, neque accipere quicquam potest, qui nondum existit. Non E. valebit ejusmodi institutio. Accedente (2.) & illâ Juris regulâ, quæ incertarum personarum nullam esse institutionem docet. *l. quoties. 9. pr. & §. si quis nomẽ. in f. d. hered. inst. v. not. ad §. ult. l. d. r.* Incerta autem meritò dicetur persona, quæ nec jam existit, nec an extitura sit, certò definiti potest. *§. 25. vers. incerta. l. de legat.* Quin & aliud (3.) vitium hic emergeret, nempe pro parte testati & intestati; si conjux aliquos ex suis cognatis heredes certos scriberet: liberos autem nascituros in eventum, si extiterint. *contra l. 7. de R. I.*

3. Quibus tamen argumentis Antecessores nostri haud quaquam moti sunt, quin dispositiones istas sustinendas esse pronunciarent: eo imprimis argumento, quod heres extraneus sub

A 2

quâlibet



quâlibet conditione possibili queat institui. *l. sub conditione. 73. ubi gl. de hered. instit. §. heres. 11. I. d. r.* Jam verò hæc institutio conditionem continet, *si qui ex altero matrimonio liberi nati fuerint.* Eoque magis apparet institutionem sub conditione factam fuisse, si (ut fieri plerunque solet) marito omnium bonorum ususfructus, deinde autem pars aliqua bonorum liberis illis proprietatis titulo seponatur: quia enim dies incertus in institutione facit conditionem. *l. dies incertus. 75. de condit. & demonstr.* Ideo institutio ista, utpote ad incertum tempus facta, itidem sustineri potest. *l. in tempus. 62. princ. de hered. instit.* Imò si testatrix v. c. relinquat maritum suum in vitâ usufructuarium, & dominum; & post ejus mortem alios instituat heredes: talis maritus censetur heres universalis in vitâ, qui post mortem restituet hereditatem per viam fideicommissi heredibus illis institutis. *Bald. Alex. Ias. in l. extraneum. 9. C. de hered. instit. quam communem testantur. Paris. 2. Consil. 69. num. 11. Cephal. consil. 472. n. 57.* Denique quia indubitatum est, posse Jure communi eos etiam qui nondum concepti sunt, heredes institui: itemque, qui ex futurâ conjuge nascentur. *l. 4. l. filius. 28. §. penult. de lib. & posth. Adde d. l. 62. de H. I. §. 28. l. de Legat. & pr. l. de B. P.*

4. Quamvis enim hoc tempore, quo instituuntur nascituri, in rerum naturâ nondum sint; nec testamentum facere, nec ex testamento aliquid acquirere possint; per d. ab initio: tamen eo, quo in lucem prodeunt momento passivam testamenti factionem sortiuntur: possunt enim ex testamento sibi tum acquirere, quod sufficit. *§. 5. ibi. testamenti factio l. de hered. instit. l. filiusfam. 16. ff. Qui test. fac. poss.* Eodemque modo, eveniente quocumque conditione heredes amplius incerti dici nequeunt: cum ex verbis institutionis aperte constet, quinam revera heredes instituti sint, iique jam digito monstrari possint. *l. nominatim. 34. d. C. & D.* Ejusque conditionis eventus ad tempus mortis retrahitur, ut quod sub conditione dispositum est, purè dispositum intelligatur. *l. necessario. 8. d. peric. & commod. rei vend. l. potior. 11. §. 1. Qui pot. in pign.* Quod si maximè defecerit conditio; non tamen conjux ex parte testata, ex parte intestata; sed planè intestata decessisse videbitur.

5. Atq; ita Anno 1607. 6. Octob. respondit Dn. Obrecht. conf. ml. 76. Philippo Dierrich B. cujus conjux Anna Maria geborne Zuckm. von Dr. quæ (usufructu marito ad dies vitæ relicto) disposuerat, daß alsdann und nach ihres Junkern Tode ihre ganze Verlassenschaft in

Druck



Drey gleiche Theil getheilet werden solle: vnd hat in den ersten Theil zu Erben ernennet / primum: in den anderen / secundum: in den dritten / die von des Junckern Leib ehelich erborne Kinder / so viel er nach Gottes Willen vnd wolgefallen / in einer andern Ehe erzehlet wird.

6. Nec dubitavit D. D. Lockamerus: p.m. Anno 1636. talem conjugibus formulam præscribere; quam licet postea, defunctâ uxore, sorores ejus impugnare conatæ sint, frustra tamen fuerunt. Formula hæc est:

**I**n dem Namen der heiligen Dreyfaltigkeit / seye hiemit Kund vnd zu wissen jedermänniglichen / so diese Schrift lesen oder hören lesen / daß wir beede vnderzeichnete Eheleuth / Ich N. N. Burger allhie / vnd Ich N. N. seine Eheliche Hausfraw / nit allein in gemeiner Betrachtung der Sterblichkeit / bey deren auch ein gesunder Mensch des vberlebens vor einem Krancken nicht versichert sein kan / sondern auch vornemlich Ich N. N. Uxor, wegen täglich zunehmender meiner Blödigkeit / vns vorgenommen haben / etliche Puncten / so wir nach vnsers jedweders zeitlichen ableiben gehalten haben wollen / hierinn / als einem Codicill, (welcher wir allein gültig sein lassen / vnd hingegen demjenigen / so wir Anno 1634. vor Herrn Notario N. vffgerichtet / allerdings cassirt haben wollen) fürklichen zuverfassen. Vnd Erstlichen / weiln wir beyde / durch Gottes Gnade / die ganze wehrende zeit vnsers Ehestands / fried vnd freundlich mit einander gelebt / einander alle Eheliche Lieb / Ehr vnd Trew erwiesen / auch noch ferners / so lang dem lieben Gott vns beytsamen zulassen gefällig / zuerzeigen vnd zuerweisen gesinnet seind: daher billig erachten vnd gern sehen mögen / daß das vberlebende vnder vns / seiner an dem andern erzeugter Ehe / Lieb vñ Trew / gebührlicher massen ergöset / vnd zu danckbarer Widergeltung / mit zeitlicher Nahrung desto besser versehen werde: So verordnen vnd wollen wir / Krafft dieses Codicills, daß welches vnder vns das ander vberleben wird / v de ejusmodi testamento conjugum reciproco, & ut Cujac. è Græcis appellat. 16. O. 39. ἀλλήλοκληρονομία (quæ quidem per pactum aliàs non potest transferri. Ilicet. C. de pact. Peck. lib. 1. c. 8. per ultimam a. voluntatem utique. Reusner. lib. 1. de testam. cap. 10. num. 15. & 16. per l. captatorias. 70. de hered. instit. Carpzov. part. 3. constit. 7. defn. 18. num. 3.) Perez. C. de mut. stipul. num. 9. Wesenb. de don. int. vir. & ux. num. ult. an all des verstorbenen Haab / Nahrung vnd Gütern / so nach Bezahlung kündlicher schulden vbrig sein werden / ligen den vnd fahrenden verändertten vnd ohnverändertten / sie seyen gleich / so sie wollen / vnd haben Namen wie sie wollen / allein die legitimam.

A. iij. (so einig)



(So einige zu reichen stünde) vnd so etwas insonderheit jemanthen eigen-  
thumlichen verschafft oder zuertrichten sein würde / vnd sonsten nichts  
davon außgenommen / die Tag seines Lebens / den Beyss / Nutzung  
vnd Niessung / nach Strassburgischen Widembs recht (quod etiam  
superiora statuta admittunt) herkommen vnd gewohnheit / haben vnd  
behalten soll / ohne Hinderung oder Irzung männiglichs : Jedoch  
dem Eigenthumb ohnnachtheilig vnd ohn dessen Schmälerung. Dar-  
nach vnd vors ander will Insonderheit Ich N. N. marita, nach meinem  
Abscheid Jungfrawen N. meines L. Bruders N. N. jekmaligen Hoch-  
zeiterin / meine beste Schaub vnd Goller / eigenthumblich verschafft vnd  
verordnet haben / meiner dabey im besten zgedencken. Endlichen  
» vnd zum dritten ist noch ferner mein N. N. uxoris, sonderbarer Will  
» vnd ernstliche Meynung / daß / wann sich begeben solte / daß Ich vor mei-  
» nem lieben Hauswirth / von dieser Welt abscheiden / vnd Er hernach  
» auß anderwertlichen Ehelichen verheurathen / eines oder mehr Kinder  
» erziehen solte : daß alsdann von der jenigen gangen Nahrung / so Er  
» vorgeschriebener massen die zeit seines Lebens von mir zu geniessen wird  
» gehabt haben / nach seinem ableiben / vnd also nach geendter Niessung /  
» ein tausent Reichsthaler / angedeuteten seinen Ehelichen Kindern /  
» so er alsdann hinterlassen wird / eigenthumblich vnder sie zuvertheilen /  
» sollen gefolge vnd zugestellt werden. Dessen zu wahrer Brkund vnd  
rechtmässiger Befräffigung / haben wir beyde obgemelte Eheleuth / die-  
sen vnsern auff ein Blat geschriebenen Codicill, nicht allein mit eige-  
nen Händen auff beyden seiten vnderschieden : sondern auch den fünf-  
fen darzu insonderheit erfordereten Gezeugen / denselben öffentlich vor-  
gelegt / vnd nach Ablebung / ihn mit ihren Händen vnd Pittschafften zu  
vnderzeichnen gebetten. Geschehen allhie zu Strassburg Montags den  
27. Junij. Anno Sechzehenden hundert dreissig vnd sechs.

N. N. maritus. N. N. marita. dabey auch diß vnser Meynung /  
daß nach vnser jedes Ableiben / jedes mahl vnder die Armen zu St. Marx  
zwankig Gulden sollen außgetheilt werden.

L. S. Ich N. N. bekenne hie mit eigener Hand vnd Pittschafft /  
daß Herr N. N. vnd Fraw N. N. seine Eheliche Hausfraw ; Er zwar  
gesunden gehenden Leibs ; sie aber krank in einem Bett sitzend / doch al-  
erdings guten Verstandis / vor mir vnd den vier vbrigen hie nechst un-  
derschiedenen / zu einer Stund zugleich versamleten Gezeugen bekande  
haben / daß was auff vorgehendem Blat geschrieben / vnd vns zulesen  
offen stünde / sie vor ihren jekmaligen liebsten vnd letzten Willen gehalten  
wollen



wollen haben: auch darauff in vnser gegenwärtigkeit dasselb auff beeden  
seiten vnderscrieben / vnd vns gleichfalls zu vnderscrieben / vnd vnser  
Pittschafft auff zudrucken gebetten haben. Warauff Ich / alles ihr obge-  
schriebenes / vor mich vnd die vbrige Zeugen laut vnd öffentlich ab-  
gelesen / vnd darnach / wie hie zusehen / vnderscrieben / vnd mein Pitt-  
schafft vffgedruckt. Geschehen allhie zu Straßburg in re. den 27. Ju-  
nij zwischen N. vnd N. Vhren Nachmittag. Anno 1636.

L. S. Ich N. N. bekenne wahr sein / wie der Herr Zeug vor  
mir mit mehrerem vermelt:

L. S. Ich N. N. bekenne desgleichen mit eigener Hand / Namen  
vnd Pittschafft.

L. S. Desgleichen Btund auch Ich N. N.

L. S. Also bekenne auch Ich N. N. mit eigener Hand vnd  
Pittschafft.

## Bene-dictum II.

*An heredes Pharmacopæi teneantur Judæo de venditâ  
Scammoniâ?*

1. Praoccupatio. 2. casus. 3. rat. neg. 4. decisio ipsa. 5. ejusquerat. 6. d. ma-  
veriâ. h. Q. Scammoniâ. 7. refut. contrar. 8. genuinus intellectus. can. nullus.  
28. quest. 1. 9. An Iudæi recte ad dignitatem Doctoralem evehantur, saltem in  
Medicinâ? 10. L. 50. d. A. E. explicata. 11. de statu Iudæorum. 12. resp. sup. propo-  
situs. D. D. Meyeri. p. m.

1. Cum Dd. quoque nostri non vereantur ea in dubium  
aliquando vocare, quæ certo jure decisa sunt: teste Vigel. in meth.  
Iur. contr. praf. d. rat. leg. jur. contr. vers. at quia hæc à Dd. observata non  
sunt, interdum jus aliquod speciali Lege approbatum in controversiam dedu-  
xerunt. & vers. denique solent Dd. interdum aliquem casum in dubium vo-  
care, speciali lege, quam ignorant, definitum. (Quam querelam jam olim  
quoque movit Ant. Contius 2. subseciv. cap. 17. Et variis exemplis  
præter Vigel. ex jure ff. & C. demonstravit. Guil. Ranchinus. lib. 2.  
varior. cap. 3. Iac. Cujac. in Paul. lib. 12. ad Edict. & ad l. 30. ex quib. caus.  
maj. Mornac. ibid. C. 1 A. d. evict. 8. 6. num. 16. & 34. Nec in Institu-  
tionibus ipsis exempla defunt. vid. Cujac. 22. O. 16. vid. quæ de con-  
sensu parentum etiam retrò nuptias legitimas faciente Dd. disputent: contr.  
princ. 1. de Nupt. Item quæ contr. §. 35. 1. d. R. D. contr. princ. 1. quib. alien.  
lic. contr. §. 3. I. d. V. O. §. 3. I. de E. V. §. 29. I. d. action. ipse Gail. 2. O. 25. &  
alij disceptent.) Non admodum mirandum est, si juris imperiti  
clientess



Cientes aliquando disquisitionibus non admodum dubiis JCro-  
rum atria fatigent, exemplo *l. Domitius. 27. qui testam. fac. poss. l. 1. C. de  
his que vi metusv. caus. l. 2. ibi. quâ ratione. C. eod. l. 2. ibi. non dubium est. C.  
si adv. vendit. l. 2. C. si advers. vend. pign. P. Gilken ad l. ultim. C. de reb. cred.  
num. 3.* Quibus tamen stultè etiam quærentibus quin exemplo  
Impp. JCrî amicè respondeant non debent gravari. *juxta elegans  
monitum gl. in l. ultim. verb. sine dubio. de minorib.* Talis etiam ferè est  
ea disquisitio, quæ in recentioribus factorum decisionibus secun-  
do se loco nobis obtulit, vel animi saltem, & ordinis instituti cau-  
sâ proponenda atque discutienda.

2. Cum enim Judæus quidam Vormatiensis, Medicinæ Do-  
ctor, Pharmacopœo pro pretio aliquot centum florenorum Scam-  
moniam & medicamenta alia vendidisset: post obitum eius here-  
des solutionem detrectarunt, eâ potissimum de causâ; quod ratio-  
ne medicamentorum inter Christianos & Judæos omnis contra-  
ctus sit prohibitus, unde adversus se ullam obligationē v actionem  
Judæo competere negarunt. ¶ 3. Hanc exceptionem incompetentis  
actionis confirmantes, (1.) prohibitione generali, quod inter Chri-  
stianos & Judæos nulla sit conversatio aut communionis participa-  
tio. *can. sepe. can. nullus. 28. q. 1. juxta illud. 2. Corinth. 6. nolite jugum du-  
cere cum infidelibus. & exemplo S. Iohannis, qui viso in balneis Cerintho ilico  
exivit can. omnis. 24. quest. 1.* adeoque nec emptio-venditio, ut spe-  
cies negotiationum nobilissima. *l. ultim. d. A. E.* (2.) Et sanè cum  
Judæi sint hostes Christianorum infensissimi. *Zaf. in tr. de Iud. q. 1.*  
meritò omne illis interdictum est commercium, per quod Chri-  
stianis posset aliquod gravamen inferri. *Marquard. de Susan. tr. de  
Iud. & aliis infidelib. in pr. part. 2. cap. 6. n. 1.* Sed & (3.) in specie pro-  
hibitum est, jure in primis Canonico. *can. nullus. 28. q. 1. ne quis Cle-  
ricus vel Laicus medicinam à Judæis accipiat.* Unde memora-  
tus Marquard. d. Susan. *in d. part. 2. cap. 7. num. 10.* monet Christia-  
nos & in primis viros primates, ut sibi caveant à Medicis ejusmo-  
di, ne contra hanc Juris prohibitionem faciant, quòd aliàs crimen  
capitale commissuri sint. Atqui, Scammonia teste Dioscorid. *lib. 4.  
cap. 165.* est res mere medicinalis, & quidem valdè noxia, quâ  
improbi mortales ad abigendos partus solent uti. *Matthiol. ibid.*  
(4.) Nec inauditum hoc in jure est, ut aliquando emptor be-  
neficio legis à præstatione pretii relevetur: imò ut emptori  
etiam rei vindicatio ejuscemodi causæ intuitu inutilis constituatur  
per



pre text. elegant. in l. bona fides. 50. d. A.E. (5.) quod multò fortius  
dicetur in Judæis, qui servis comparantur. cap. etsi. 13. extr. d. Iudæis.  
imò à nonnullis seris servi perhibentur. argum. d. cap. 13. Besold. in  
thes. verb. Juden. vers. contrarium. & Speidel. in addition. ibid. adeoque  
remediorum Juris incapaces sunt, nisi quatenus nominatim ad eo-  
rum communionem reperiuntur admissi. Harpr. ad S. in potestate. 1.  
n. 73. & seqq. I. de his qui sui v. alien.

4. Caterum hæc & similia dubia non moverunt peritos, ut  
contractum emptionis- venditionis rectè celebratum retractarent.

5. Ut n. Judæi aliàs (1) tam communi Jure, quàm statutis civi-  
tatum licitè uti dicuntur, cum activè, tum passivè. per l. 8. C. d. Iudæis.  
Rol. à Valle. Myns. & D. D. Finckelthaus O. 84. n. 24. Ita imprimis à contra-  
ctibus Juris gentium non excluduntur; dict. l. Iudæi. 8. Cod. d. Iud. &  
cælic. sed & hinc communi Romanorum jure gaudent. d. l. 8. l. 7. eod.  
N. 146. Wehner. Observ. pract. voc. Juden. Vivius. lib. 1. commun. opin. lit.  
L. opin. 392. num. 2. ubi Corneum, Fulgos. & Alexandr. ita consulentes refert.  
add. symphor. Gilman tom. 2. part. 1. vol. 29. nu. 1. Daniel Venat. in Anal. jur.  
pontif. tit. de Iudæis. Mayer. cap. 8. de advocat. arm. nu. 295. Et (2.) no-  
minatim ad contractum empt. venditionis Jure expresso admittun-  
tur, muniti simul interdicto Cæsareo, ut eo negotiationis cōmercio  
ipsis uti liceat sine molestiâ l. nemo. 9. C. d. Iudæ. Quin (3.) nec Prin-  
cipibus indecorum habitum fuit aut incivile, ipsos reditus suos  
Judæis vendidisse: sive ut postea à Gallis loqui didicimus, per admo-  
diationem transscripsisse. confer. l. 16. C. de usur. l. 7. C. de rer. permut. cap.  
ex speciali. ext. de Iud. ¶ Saltem in contrahendo matrimonio l. 6. C. de  
Iudæis. acquirendâ successione bonorum Christianorum. l. 1. C. eod.  
collegiali v. Finckelthaus d. observat. nu. 22. & 28. ac nonnullis aliis cau-  
sis, prohibita est cum Judæis communitio & communicatio. Marq. d.  
Sus. in d. tr. d. Iud. pr. 1. c. 5. n. 1. Non E. in omnibus: Itaque idem Su-  
san. cap. 4. nu. 16 & 17. à peccato liberos pronunciat Christianos, si  
cum Judæis contrahant. Moz. d. E. V. sub rubr. d. personis. nu. 36. Ideoq;  
in bene constitutis Rebus pub. certa definita est ratio ac forma ad  
quam se componere Judæi contrahentes tenentur. Reform. der Statt  
Frankfurt. part. 2. tit. 12. Kitzel. de regali habend. Iud. pag. 21.

6. Nec materia quæstionis (Scammonia sc.) commercio isti  
communi exempta reperitur: quin imò cum ea ex oris tam longin-  
quis, Myfiâ nempe & aliis Asiæ regionibus. v. Dioscor. d. l. Plin. lib. 26.  
histor. nat. cap. 8. ad nostras usque deferenda sit: vel ideò magis per-  
mittenda

B mittenda

to-  
C. ds  
t. C.  
cred.  
plo  
gans  
è est  
cun-  
cau-  
Do-  
am-  
ere-  
tio-  
tra-  
nem  
entis  
hri-  
ipa-  
n du-  
ilicò  
spe-  
cum  
q. i.  
hri-  
r. de  
pro-  
Cle-  
ora-  
stia-  
mo-  
men  
lib 4.  
quâ  
ibid.  
r be-  
otori  
atur  
per





mittenda Judæis videtur hæc negotiatio, quòd per Turcicum Imperium commodissimè eam accire possunt. Quibus ex necessitate præsuppositis, necessariò sequitur, actionem venditi Judæo salvam esse, nec heredes se istâ exceptione, non competentis actionis, tueri posse. Imò si heredes pertinaciter contendant, jus vendendi Scammoniam Judæo non fuisse; audire & hoc cogentur, nec sibi jus emendi fuisse, sed Scammoniam fisco ex causâ contractûs illiciti commissam esse. *arg. l. 1. pr. de jur. fisco.*

7. Planè in adversariis argumentis parum præsidii collocare heredes poterant: siquidem (1.) *ut Marquard. d. Susan. in d. tr. d. Iud. & al. infid. part. 1. c. 5. nu. 1. & c. 4. n. 17. latè ostendit, nimia saltem familiaritas & conversatio cum Judæis interdicta est. d. can. 13. 28. q. 1. non omne commercium.*

Sanè (2.) Scammonia venditio non est ex prohibitis: uti in rationibus decidendi modò est indicatum: mala enim medicamenta & venena, & quæ mixtione aliarum specierum attemperari & salutaria effici nequeunt, ea tantùm commercio exempta sunt. *l. quod sepe. 35. §. veneni. 2. de contr. empt. l. 3. pr. §. 1. & 3. ad l. Corn. d. sic. in quorum censu per se non est Scammonia; quippe cujus abusus tantùm ad veneficia & abortum facit. teste. Diosc. d. c. 146. Solin. lib. 26. c. 8. II. 15.*

8. (3.) Porrò licet Christiani prohibeantur à Judæis medicamenta recipere, in *can. nullus. 28. q. 1.* Id tamen (1.) non de contrahentibus, sed de ægrotis medicam opem à manu Judæi expectantibus accipiendum est. ut rectè declarat *gl. in d. can. nullus.* quid quòd in hæc quoq; re, (2.) dispositio *d. can.* relaxatur in casu necessitatis, si Judæus in arte medicam eminenter excellat, *uti post Felin. cap. 1. vol. 2. de Iud. declarat. Marq. de Sus. in tr. d. Iud. part. 2. princ. c. 7. num. 10. Zas. in rubr. d. 1. & I. num. 10. v. prolixè hæc de re disputant. Frideric. Breminger. ad lecturas Martini Vranij. cap. Iudæi. Ex de testib. lib. 6. & Iac. Benium. tr. de privil. Ictor. privil. 64. nu. 4. ubi refert.*

9. Concessum aliquando fuisse Judæis, ut in Medicinam Doctoris titulum acciperent (quorum nonnulli hoc elogio etiam in frontispicio suarum lucubrationum superbiunt. cõtra *l. ult. ibi, pr. quibus omnes administrationes & dignitates interdictæ sunt. C. de Iudæis. ubi Roman. sing. 679. Hunn. disp. sing. d. Iud. c. 2. n. 38. Harp. d. loc.*) Unde concludit etiam in depellendis morbis officium eorum non esse aspernandum. In quâ sententiâ licet etiam aliis fortè quispiam desipiat: meritò tamen ab amplissimâ facultate Lipsiensi ejusdemq; Magnifico Dn. Ord-



Dn. Ordinario. D.D. Sigismundo Finckelthufio favore nostro singulariter colendo, reprobatorium hæc procacia calculum tulit. *d. Observat. 84. n. 5. vers. dissent.*

10. (4.) neque hoc casu ullum legis beneficium apparet quo emptor à præstatione pretii immunis constitueretur; uti quidem Jctus in d. l. 50. de A. E. ejusmodi beneficii meminit (cujus exemplum se aliquando attulisse, tum v. oblitum ejus esse scribit *A. Fab. in rat. ibid.* At Cuj. 11. O. 40. legem novarum tabb. vocat: & *in recitat.* refutatis aliorum opinionibus (*quas Madaus de act. empt. vend. pag. 144. etiam sequitur*) illam legem innui scribit, quâ plebs solvebatur ære alieno in totum, vel ex parte v. *Iul. Cas. lib. 3. d. bell. civil. Athenienses eam legem σεραχθειαν vocabant. v. inter recent. noviss. Salmas. d. mod. usur. c. 17.*) Taceo quòd idem textus l. 50. de A. E. validum per se contractum præsupponit.

11. (5.) Certè Judæi, licèt ratione subjectionis pro servis habeantur: reverà tamen & quantum ad facultatem bona possidendi, contrahendi seu commercia exercendi; post *Nattam. Hun. disp. sing. de Judæis. c. 2. §. 31.* & agendi in judicio attinet, pari ferè fruuntur conditione. v. *Zaf. tr. d. Iud. quest. 1. pag. 101. §. multis hæc conclusio. & pag. 106. §. 6. Kitzel. in allegat. discurs. de regal. habend. Iud. per tot.*

12. Atq; his de causis Anno 1622. definivit D. D. Justus Meyerus, nomine facultatis in præmissâ specie daß der Verkauf libellirter Scâmoni, so der Juden Doctor N. einē Apotecer zu W. verkauft / gültig vnd bindlich seye / vñ daß demselben N. Erben ein rechtmässiges gemüß gen vnd implement zu erstatten schuldig sein. *B. N. W. 1. Conf. mss. 2.*

### Bene-dictum III.

#### *De Litis Contestatione.*

1. Casus. 2. rat. dub. 3. atq; decid. 4. responsio: *¶ quando divisio transactioni sinistrè. 5. quando item dextrè comparetur. 6. consultatio D. D. Obrechti præjudicio roborata.*

I. Divisione inter heredes quosdam circa Annum 1560. factâ, alterutri coheredum demum post longum tempus lis mota fuit de bonis quibusdam in divisione ipsi attributis: in quo judicio ille ad restitutionem cõdemnatus fuit. Idem condemnatus Anno 1601. sumto adversus coheredes suos regressu, eisdem de evictione convenit, exhibitâ juxta stylum Curia civitatis Loranae libello articulado, præstitoque utrinque secus juramento calumniae, & ab actore

B 2

cautio-



cautione in litem, (eidem adjudicatâ,) rei litem contestari detrecta-  
runt. & Anno 1602. die 3. Martii exceptiones intentionis; actor  
è contrario replicas 16. Junii produxerunt, & desuper ex utrâque  
parte in isto puncto submiserunt.

2. Exceptionis hæc fuerunt momenta: (1.) quòd divisio in-  
ter coheredes Anno 1560. celebrata fuerit, nullâ de evictione cau-  
tione interpositâ: quâ deficiente evictio haud videbatur deberi:  
nec divisio, quamvis inæqualis, retractanda esse, nisi probatâ ultra  
dimidium læsione. l. 3. & ibi comm. Dd. C. comm. utr. jud. Divisio enim  
nihil aliud est quàm transactio. inquit Fulgos. conf. 120. Cujus porro  
non minor est auctoritas, quàm rei judicatæ. l. non minorem 20. C. de  
transact. Exceptio autem transactionis & rei judicatæ est litis fini-  
tæ, & ejus ingressum impedit. l. singulis. 6. l. 7. de except. rei jud. cap. 16.  
de lit. contest. in 6. Joh. Bapt. Asin. in process. judic. §. 13. cap. 9. num. 11. (2.)  
Movebatur & illud, quòd Actor modernus (antèa conventus) præ-  
sentibus reis litem non denunciasset: quò requisitò omisõ non  
datur heredi regressus adversus coheredem, æquè ut nec emptori  
contra venditorem. l. si rem, quam. 29. §. 2. l. emptori. 37. l. si fundo. 53. §.  
1. l. si ideo. 55. §. 1. l. Herennius. 63. d. evict. l. 8. l. 20. C. d. t. & c. ult. de empt. ubi  
not. Dd. C. A. de evict. §. 19. num. 6. (3.) Cum à divisione factâ jam 30.  
& amplius anni essent præterlapsi, peremptam actionem apparet.  
l. 3. & ibi gl. C. de præscr. 30. annor. l. querela. 12. C. ad L. Corn. de fals. præ-  
scriptione enim istâ omnis forma, omneque jus præcedens tolli-  
tur. Ias. post mult. alleg. in l. 1. n. 83. C. de jur. emphyt. Unde videbatur  
dicendum reos ab institutâ actione cum refusione expensarum ab-  
solvendos esse.

3. Enimverò cum exceptiones istæ, v. c. an litis denuncia-  
tio facta sit, nec ne? altioris sint indaginis, & causæ merita respi-  
ciant; responsum fuit necessitatem contestandæ litis allegationes  
eas non remorari. Causæ enim merita ante litis contestationem  
disputari nequeunt. cap. 1. de lit. contest. in 6. Gail. 1. O. 74. n. 10. Sed eâ  
factâ exceptiones tales licet proponere: Colerus ad c. venerabilis. n. 62.  
extr. de Except. maximè si eæ ad impediendam litis contestationem  
comparatæ sint. Lanfranc. ad c. quoniam. n. 2. extr. de probat. certè tum  
d eum discutiendæ sunt. Dd. in l. 2. C. sent. resc. non poss. (conf. tamen  
paulò à liter disputantem. Vmm. disp. 8. de process. n. 57. & 63.)

4. Tametsi enim divisio comparetur à nonnullis transa-  
ctioni. (1.) magis tamen ad naturam contractuum & permutatio-  
nis ac-



mis accedit. gl. & Dd. in l. si familia. 14. C. fam. herc. & ibi Sichard. n. 12. fac. l. 25. §. 16. F. E. Eaque contemplatione heres coheredi regulariter teneretur de evictione per actionem præscriptis verbis, etsi nulla stipulatio intervenerit. arg. l. 25. §. 21. ubi gl. in verb. de evict. d. t.

5. Sanè tum demum transactioni reive judicata rectè comparari censetur; cum coheredes periculum evictionis spontè in se receperunt. d. l. 14. Gail. 2. O. 139. n. 15. & 16. & Græven. ibid. confid. 1. Fach. 6. controv. 68. Quod cum in casu isto factum non sit, meritò locum habet de evictione actio. d. l. 14. l. 7. C. comm. utr. jud. C. I. A. de evict. 9. 18. n. 3. Cui oppositæ præscriptionis dies perperam numerantur à tempore divisionis factæ, cum demum re evictâ actio nata sit. l. si servus. 21. §. 1. de evict. l. 34. §. 1. l. 35. & pass. d. t. l. Servus. 30. §. 1. de act. empt. c. un. princ. ibi. vasallus amisit causam per sententiam. 2. Feud. 25. Denique & denunciationem litis factam actor asseverabat: quâ in re licèt diligentia ipsius ex actis non eluceret, ut ad eò metuendum esset, ne reus denique absolveretur. per l. 53. §. 1. de evict. l. 8. & 20. C. eod. Quia tamen hoc facti & altioris indaginis atque discussionis esset, ut diximus: (conf. Zang. c. 22. part. 2. de exception. num. 30. ubi elegantem cautelam tradit,) id eò ad processus integritatem litis contestatio nihilominus pulsatis injuncta fuit, ex consilio. D. D. Obrecht. mf. 89. n. 9. fin. ubi his verbis ab eod. concepta legitur in hæc- ce. causâ.

#### Sententia Interlocutoria:

6. In sachen Anwaldts H. Heinrich Wincklers vnd consorten/ Kl. wider Fr. Apolloniam Käthin sel. hinderlassene vnd in actis benante Erben/ beklagte: ist auff einkommene klag/ darauff producirte exceptiones intentionis, vnd nach allem vorbringen zu recht Erkandt: daß Beklagte/ vngeachtet vorgewandten exceptionen/ in Monatsfrist auff die Klag den Krieg Rechts zuverfangen schuldig; die Unkosten aber in diesem Puncto auffgeloffen/ bis zu end der Sachen eingestelt seyn sollen. Publ. 15. Aug. 1602.

#### Bene-dictum I. V.

An hodie, ubi furti pœna capitalis est, heredes furis post exantlatum ab illo supplicium, etiam ad estimationem rei furtiva teneantur?

B: 3:

I. Qua-



42  
1. Questionem in foro Saxonico specialiter definitam esse. 2. in foro a. communi subinde ventulari, narratur: aliis affirmantibus; 3. aliis negantibus. 4. maxime si non ad rei restitutionem, sed ad æstimationem agatur. 5. Cui & alia rationes obiter occurrentes subternuntur. 6. Affirmatam tamen in consultatione extemporali prælatam fuisse. 7. per rationes tum naturas suas. 8. tum naturas suas.

1. Non ignotum est, quid hæc de re consultatoribus. Const. Saxonicarum, reliquisque commentatoribus juris Saxonici visum fuerit, v. Berlich. s. conclus. 45. n. 3.

2. Sed quid de jure communi dicendum sit, non raro dubitatum fuit. Adfirmativam enim quàm plurimos tenuisse patet ex allegatis ab Harpr. ad §. ult. l. de O. que ex del. nasc. num. 15. & seqq. nec minus multos etiam citat Berlich d. loc. nu. 3. eamque rem ex professo tractat Ludov. à Peguera. decis. 27. in addit. med. vers. & hæc ampliatur; quamquam nullas rationes alleget, sed tantum de praxi testetur. Ita ut heredes furis etiam post exantlatum suspendium ad restitutionem teneri dicantur. latè Virgilius Pingizer. quest. 49. n. 39. & seqq. Et si res non extet ad ejus æstimationem. (1.) per textum d. §. ult. & §. 5. l. d. O. q. ex del. ubi ultra pecuniariam multam etiam ad rei restitutionem agitur. l. 7. §. 1. d. cond. furt. l. 8. §. 2. eod. (2.) per text. Ord. Carol. art. 207.

3. Nec paucioribus tamen negativa placuit, v. post Bl. & Roffred. Fr. Marcus decis. 191. n. 2. part. 2. Heigius (quem Berlich, d. loc. n. 3. malè inter affirmantes & adversarios recenset) 2. quest. 23. nu. 30. & alij mox citandi. (1.) per l. interdum. §. 56. §. qui furem. l. de furt. per quem textum etiam Harpr. sibi contrarius in comment. ad pr. l. d. O. que ex del. nasc. num. 43. concludit: criminalem actionem tollere & consumere civilem. (2.) quia propter unum furtum quis pluries puniri nequeat. per l. Senatus. §. 14. de accusat. l. sanctio. §. 41. fin. de pœnis. Harpr. loco modo indicato. num. 4. (3.) quia contentus esse debeat damnum passus, eo quod fur luit in corpore, & pœnam mortis sustinuit. d. l. §. 56. §. 1. cum ei satisfactum videatur in corpore furis loco pecuniæ. l. sed si unius. §. 17. §. si ante. 6. vers. postea actor. de injur. (4.) quia aliàs etiam reus, qui criminaliter punitus est, in totum absolvatur. l. divus Vesp. §. 7. §. ultim. in fin. de jur. patron. quæ argumenta 4. refert etiam Berlich. d. loc. num. 2.

4. Accedit his (maximè in casu rei non ampliùs existentis) Carpzov. part. 2. crim. qq. 50. n. 110. ob rat. seqq. (5) quia iniquissimum, durissimum & crudelitati proximum fuerit, ut reus ultra pœnam mortis,



mortis, interesse & damnum resarcire teneatur. (6.) nec id ullibi in Jure cautum (paucissimis casibus exceptis. *art. 218. Ord. crim. Mynsing. 6. respons. 59. num. 6.*) (7.) Quia mors omnia solvat. *Nov. 22. c. 20.* (8.) quia heredes rei condemnati satis videantur puniri per id, quod reus ad mortem fuit condemnatus. per Marcum. *d. 2. decis. 191. nu. 2.* (9.) Quia non liceat inferre à textibus J Civilis. §. *ult. I. de O. qua ex del.* ad nostra tempora, quibus pœna furti non amplius est pecuniaria, sed capitalis. (10.) Quia *Ord. Crim. art. 207. & seqq.* agat de re furtivâ etiamnum extante: non autem inde inferri posse ad casum rei consumptæ, cujus petitur æstimatio. Ita *resp. part. 4. Jurispr. forens. constit. 32. defin. 33.*

5. Addamus pro hâc opinione (11.) *etiam l. 71. pr. de furt. & l. 3. §. ult. Naut. caup.* Ubi si furti actum sit (civiliter) rei persecutoria extingui dicitur. E. multò magis si criminaliter. (12.) Quia per castigationem servi, consumitur actio noxalis (civilis) *l. 17. §. 4. de injur. l. 24. §. 3. eod.* (13.) Quia propter has & alias causas plerunque post supplicium à damnato exactum, nihil ultra pars læsa petere consuevit. *teste Heigio part. 2. quest. 23. num. 24.*

6. Hisce tamen rationibus non attentis, contrarium non ita pridem ex tempore respondimus Procuratori cuidam ordinario Civit. S. in causâ S. contra S. (quem antea nostrâ sententiâ mense Majo superioris anni ob peculatum & contrectationem rerum depositarum multiplicem, ad mortem condemnaveramus) heredes. Licet enim ei ad intercessionem quorundam, præcipuè autem ob reverentiam ordinis, in quo reus ipse quoque decurio fuerat, primò mortis pœna fuisset remissa: cum tamen S. ille superveniret, & 59. lintheaminis texturas integras sibi surreptas fuisse quæretur, retractatâ gratiâ reus gladio fuit punitus. Unde vidua eius sanguine satisfactum actori cum procuratore suo putabat.

7. Idq. ita censemus (1.) per textum rotundum & regularem in *l. un. C. quand. civil. act. crim. prejud. & an utr. ab eod. exerc. possit?* ubi dicitur: quoties de re familiari & civilis & criminalis competit actio, utrâque licere experiri, sive prius criminalis, sive civilis actio moveatur. (2.) per regulam ibid. generalem, quod quando duo judicia ad diversa tendunt, utrôque liceat experiri, nec alterum per alterum consumatur: Et rei persecutoria cum pœnali concurrens, neutra alteram tollit §. 17. & 18. *I. de act. exempla sunt in l. 7. §. 1. de condict. furt. l. 34. §. 2. de O. & A. l. 29. depos. l. 45. pro soc. l. si pignore. §. cum furti.*



*furti de furt. gl. in d. l. 3. §. ult. vers. si autem sit una Naut. Caup.* Atqui hæc  
judicia ad diversa tendunt: quoniã in publico vigor publicę discipli-  
næ; in isto privato, privata utilitas spectatur. *Perez. ad d. tit. C. Quand.*  
*civil. act. Crim.* quibus verbis in simili utitur *Paulus in l. 9. §. 5. d. Publican.*  
(3.) *per text. Ord. Crim. art. 208.* qui ita rectissimè inducitur. Si nec Ma-  
gistratus, qui furem in carcerè conjecit, examinavit & supplicio af-  
fecit, res furtivas in præjudiciũ domini *l. 6 C. de furt.* retinere potest.  
multò minus id licebit furis heredibus. (4.) quippe quibus omne  
iniquum & turpe lucrũ extorquendum est (5.) ne ex dolo & iniqui-  
tate defuncti locupletiores fiant. Atque ita *Interpp. communiter*  
statuere testatur *Heigius d. quest. 23. num. 21.*

8. Non obstat (1.) negandi ratio: siquidem ille textus agit  
de civili actione in duplum v. quadruplum, quæ utique tollitur,  
quando autores malunt ulcisci furem criminaliter agendo. *Cujac.*  
*in Julian. pag. 155.* Nec confundenda est actio rei persecutoria, cum  
actione civili ad vindictam tendente: quod fecit *Harpr. ad d. pr. l. de*  
*obl. quæ ex del. n. 45.* Licet enim hoc libenter concedamus, quoties  
actio civilis datur ad vindictam, nõ debere imponi pœnam corpo-  
ralem *l. 6. l. 7. §. 1. de injur. d. l. un. C. qu. civil. act. crim.* tamẽ id non perti-  
net ad præsentem quæstionem (2.) Atq; licetiam declaranda est,  
secunda ratio: quod propter unum factum pluries nemo puniri  
queat: Nos enim de actione rei persecutoriã, non de pœnali hîc  
tractamus. Deinde verò alia planè est petitio rei suæ v. damni; alia  
persecutio vindictæ. *Perez. d. loc.* Hæc enim sunt separata & se-  
mutuò compariuntur: alterum enim *uti d. utilitas privatorum,* alte-  
rum vigor publicæ disciplinæ postulat. *l. locatio. 9. §. quod illicitè. 5. de*  
*publican. & vectigal. Heig. d. quest. n. 22.* (3.) Eodemque pertinet ra-  
tio tertia ex eadem L. petita: Nam ut ex Græcis eleganter *ibid.* no-  
tat. *Cuj.* videtur actor vice lucri proprii (pœnæ sc. pecuniariæ, quam  
extorsisset, si civiliter ad duplum vel quadruplum egisset) satis  
habuisse, si fur castigaretur in corpus, atque adeo civilem pœnam  
permutasse in criminalem: Eademque planè est sententia in substi-  
dium adductæ *l. Sed si. 17. §. 6. de injur.* Siquidem ibi actor loco actio-  
nis injuriarum pœnalis, verberibus voluit ulcisci injuriam sibi il-  
latam. (4.) Nec alia est sententia *l. 7. in fin. de jur. patron.* nam  
cum variæ pœnæ in libertum ingratum patrono comparatæ sint.  
*in d. t.* integrum est patrono eligere, quã sibi satisfactum & ingrati-  
tudinem expiatam velit. (5.) Quod autem de duritie & inhumana-  
nitate



mitate hinc obtenditur, ei respondendum est ex *l. 12. §. 1. qui, & à quib.*  
*manum. item ex l. 31. vers. & probo hanc esse iustitiam. depositi.* Nec ex ce-  
 rebrinâ æquitate iudex mitior esse lege, aut jus competens tertium  
 sine facto illius intervertere ipsi debet. (6.) Textum, Ord. Crim.  
 supr. in rat. decid. 3. fortiter pugnare probavimus. Quam confirmat  
*Reichsabschied. de Anno 1559. p. 523 §. vñd nach dem v. Schneiderr. ad §.*  
*ult. I. de O. qua. ex del.* (7.) Licet mors solvat matrimonium, de quo  
 loquitur *Nov. 22. c. 20.* itemque pœnam, & extinguat reatum & accu-  
 sationem: tamen non solvit obligationem rei persecuendæ & iniqui  
 lucri heredibus extorquendi, *§. 1. I. de perpet. & temp. act. Mandell. conf.*  
*90. Tuscus. M. 391. n. 16. & seqq.* (8.) Octava ratio iterum confundit pœ-  
 nam cum rei persecutione. Quoties autem actio rei persecutio-  
 nem continet & in heredem & perpetuò datur, *l. & ita. 3 §. hac a. 4.*  
*Naut. caup. stabul.* (9.) Licet pœna Civilis in Criminalem mutata  
 sit: malè tamen ad rei persecutionem infertur, cum hæc planè sepa-  
 rata sint. Quemadmodum enim Imperator *in d. §. ult.* emphaticè  
 & notabiliter dicit: Furti actionem sive dupli sive quadrupli tantum  
 ad pœnæ persecutionem pertinere; atq; inde infert actiones rei per-  
 secutorias etiam in heredem dari: Ita rectè etiã porro infertur: Furti  
 accusatio hodie tantum ad pœnæ persecutionem pertinet; E. ipsius  
 rei persecutionem extrinsecus dominus nihilominus habet. facit  
 regula: quod surrogatum induat naturam ejus, in cuius locum sur-  
 rogatum est. (10.) *Ordinat. Crim. d. art. 208.* generaliter loquitur,  
 Ergo licet res furtivæ consumptæ sint, tamen heredes furis morte  
 multati pro illis rebus tenentur. *Bernhard. Zierizius in comment. ad d.*  
*art. 208. pag. 294. vers. sicut tamen res illa.* (11.) ad textus penult. loc. all.  
*Resp. Tim Fab. Diss. 28. §. 3. ut & gl. in d. l. 71. ad d. l. rei communis. pro so-*  
*cio. C. I A. Naut. caup. §. 16. Bach. in comment. eod. cap. 6. num. 1. pag. 1306.*  
 (12.) Ad textus extremo loco oppos. v. *Bach. Diss. 8. d. act. §. 18. p. 135.*  
 (13.) denique licet aliqui actores remittant hanc persecutionem,  
 tamen hoc pacto aliis non possunt præjudicare. *Heig. d. q. 23. num. 25.*  
*confer in specie expilatae hereditatis Bocerum. de pœna furti. cap. 2.*  
*n 64. & seqq. incendii dolosi. Besoldum in delibat. ad lib 47. Pandect.*  
*quest. 7. pag. 123.*

## Bene-dictum V.

### De Unione Prolium.

1. Unionem prolium in multis Germania locis receptam esse. 2. loco ad-  
 optionis

C



optionis abolita. 3. cuius naturam imitatur. 4. nec tamen in omnibus. 5. sed potissimum ratione constitutionis & solennitatum, de quibus num. 7. refertur anecdotum Ictorum Lipsiensium responsum. 6. non certe in effectibus extensivis; & promiscuarum hereditatum: pacti enim huius eam tantum esse, ut liberis unitis in hereditate paternâ & maternâ (h. e. utriusque conjugis paciscentis) proficiat: non etiam in ceteris qua de familiâ sunt.

1. Quanquam Unionis prolium in plurimis Germaniæ locis, novis planè moribus *Besold. in thesaur. hac voce. vice adoptionis, (unde Obrecht in consil. mox citando, etiam angewünschte Kinder/ phrasi generaliter sumta. vid. Wehner hac voce. dicuntur)* quæ in plerisque provinciis (nec omnibus tamen: *Besold. pag. 3. Landr. tit. 9. num. 76.*) ab usu recessit, *Choppinus ad consuetud. Andegav. lib. 3. c. 3. tit. 2. num. 13. receptæ: Besold. delib. ex. 1. Pandect. lib. 9. 34. ubi eas frequentiores in Germaniâ esse ait, quam adoptiones. & ad tit. 9. Landr. lib. 3. num. 73.* magna sit vis & potestas, cum ea in plurimis capitibus imitetur adoptionem. *Betsius de pact. familiar. illustr. fol. 133,* usque adeò, ut ejus vigore vitricus in privignos & privignas etiam patriæ potestatis jus. *argum. §. sed hodie. I. de adopt. & l. pen. C. eod. Bocer. Cl. I. D. 12. nu. 13.* Et vicissim privigni & privignæ jus succedendi in cuiusque hereditate alicubi consequantur. *argum. §. sed ea omnia. I. de hered. quæ ab intest. Plebst. ad jus municip. Würtemb. Diss. 3. 8. 39. Bocer. d. loc. n. 14.*

4. Limitata tamen ea est & restricta ad solas unientium & unitorum personas, *Besold. d. tit. 9. libr. 3. Landrecht. n. 91.* ita ut privignine quidem ad avi, hoc est, patris vitrici sui, hereditatem queant aspirare. *Besold. in delib. d. loc. Musculus de successione conventional. Class. 1. membr. 3. quod est de unione prolium. lit. P. pag. 54. n. 120. & seqq. ubi vide quomodo etiam per mortem unius parentis unientis, protinus expiret unio. Harpr. ad §. 12. I. de Adopt. n. 30.*

5. Quod enim de affinitate & conformitate adoptionis & unionis prolium dictum est, id ad similitudinem quandam constitutionis pertinere videtur, cum & unio ista causâ cognitâ & auctoritate magistratûs. *Gail. 2. O. 125. n. 5. & 7.* fieri debeat, ut adoptio hodie: (Saxonicis in primis moribus. *Schultz. Inst. de adopt. lit. a p. 35.*) quibus, requisitis ex præscripto & admissim non observatis, planè non valet, quod actum est: ut ex memorabili quodam Responso Lipsiensium, huic decisioni subjecto, animadvertere licet.

6. Non autem ad omnes ejus effectus id producendum est, cum consuetudo ista particularis ita interpretanda sit, ut juri communi quàm minimùm deroget. *Riccus. de union. prol. cap. 6. & fol. 113. Certè unio*



unio tantum bona paterna & materna concernat. v. eund. d. c. 6. n. 46. fol. 161. & cap. 7. num. 2. f. 198. Besold. d. loc. p. 128. His consentaneè respondit, quamvis sine deductione fundamentorum Juris, ut in re doctis pragmaticis notoriâ & veluti in confesso posita. Dn. D. Georg. Obrechtus. 18. Januar. Anno. 1594. vol. 1. consil. ms. 10. in literis insinuationis. Darneben will ich dem Herrn nicht verhalten / daß Andreæ Kleinens sel. 4. Kinder an Mezen Peter D. ihrem angewünschten Großvatter: (alii hâc voce utuntur pro liberis & parentibus adoptivis. v. Zas ad l. 1. num. 16. de acquir. possess. col. 216.) nicht haben Erben sollen / sondern daß sein / Mezen Peters Verlassenschaft allein auff Georg Mezen / (sein Peters rechten Sohn) so dann auff Michael Benken vnd Georg Bischlern / (sein / Mezen Peters beede Enckel) fallen / vnd vnder dieselben drey allein vertheilt werden solle. Et in responso ipso. Dann die Einkindschaft so zwischen Andres Kleinen / sein Jacob Wilden angewünschten Vatters / vnd Merg / seiner rechten Mutter / auffgerichtet worden / erstreckt sich nicht weiters als auff das Gut / welches sie beyde Ehegemächte / Andres vnd Merg in die Ehe zusammen gebracht. Dieses ihrer Eltern Gut erben die gleich gemachten Kinder vor menniglichen allein / vnd werden alle andere Sipverwanten / sie seyen in der Aufsteigenden oder neben linien durch sie außgeschlossen / vnd abgetriebe. Aber jetzt gemeldte Berechtigtheit haben die gleichgemachte Kinder allein an Väterlich vnd Mütterlicher Erbschaft / vnd können sonst die anderen Sipfreunde / so denselben Vatter vnd Mutter Bluts halben verwant sind / es seyen Großvatter / Bruder / Schwestern / Vettern / Baasen / wie die Namen haben / keines wegs erben / wie solches die Eysgenenschaft dieses pacti de unione proliam mit sich bringt / vnd in Freyburgischen vnd Offenburgischen Statrechten weiters erklärt wird.

7. Sequitur memorabile Lipsiensium de hâc eadem materiâ responsum, cuius supra facta est mentio. Redditum autem illud fuit, circa Annum 1617. Michaëli Stören / quæstori zu Schnellbach. his verbis.

Als ihr vns Copi einer Heuraths notul einverleibter Einkindschaft / extract der Churf. Mainischen Vndergerichtsordnung Anno 1564. publicirt. vnd einer Schrift an den Amtmann zu Wildenberg mit A. B. C. zu sampt einer außführlichen frage zugeschickt: vnd euch des Rechten darüber zu belernen begerth / ic. Demnach so sprechen wir / ic. hat ewer Bruder vnd Vetter Jacob Stör vor 40 Jahren ohngefähr mit seinem noch vberlebenden Weib / seiner nachgelassenen



Wittib/ im antritt ihrer Ehe zu Wildenberg im Land zu Francken eine  
Ehestiftung auffgericht/ darinnen er seinem Weib von seinem patrimo-  
nio vnd eroberten Liedlohn 80. Gulden/ jeden zu 26. bakem gerechnet zu-  
bringet/ deswegen erkandt worden/ dz sein Weib nach seine tödlichen Ab-  
schied auß seiner Verlassenschaft auch ein mehrers als ihr außdruckli-  
chen vermachtet/ nicht zu fordern habe. Deswegen die Wittib von ihrem  
gegenvermachnuß sich gewendt vnd auff eine Einkindschafft (derer mit  
in ermelter Ehestiftung erwekung geschehen) sich gezeget/ vñ will dadurch  
nach absterben ihres Ehemirts vorgedachten ewers Brudern vnd Vet-  
tern Verlassenschaft gänzlich an sich ziehen. ¶ Wann nun gleich die  
Ehestiftungs notuldeß Inhalts / als wann beyde Eheleuth / ein Ein-  
kindschafft auffzurichte in willens gewesen/ vnd sie die Braut zu der zeit  
ein Kind mit ihrem ersten Mann gezeugt gehabt / darnach aber auch mit  
ewrem Vettern vnd Brudern einen Sohn erzeuget / die Einkindschafft  
deren orter wie auch hin vnd wider im Teutschen Land gebräuchlich/  
dieselbe mit der Tochter erster Ehe Kinder Vormünder des Schulthei-  
ßen vnd anderer Personen/ so in der Ehestiftung benandt/ einwilligung  
zu Papier gebracht/ hernacher judicialiter insinuir/ in das Contract-  
buch zu Wildenberg eingetragen/ vnd besage beygefügter Copen vnder-  
zeichneten subscription Gerichtlich confirmirt worden / wie solches  
alles auß der beylag solcher Einkindschafft mit mehrern zuersehen.  
Demnach aber vnd dieweil bey solcher Einkindschafft die Rechtlichen  
solenniteten/ die des Orts nach Churfürstlicher Mainkischer Verord-  
nung erfordert werden/ nicht vorhanden/ vnd sich allhier sonderlich eine  
grosse Ungleichheit der Güter befunden/ wie auß der Copen mit C. zu-  
ersehen/ vnd er vber 80. Gulden nicht gehabt/ hierüber keine causæ co-  
gnitio/ wie es vmb diese Einkindschafft bewandt nicht vorgangen / die  
Güter nicht in einen gewissen Anschlag gebracht/ hierober/ ob solche Ein-  
kindschafft dem Kind erster Ehe zuträglich oder nachtheilig kein decre-  
tum ergangen/ zu dem nicht beygebracht / daß die Vormunden an Eyn-  
des statt angelobet/ oder bey Ehren vnd Warheit gesagt / daß sie diese  
Einkindschafft zu nutz vnd gut vorgenommen/ gewilliget vnd auffgerich-  
tet haben/ vnd daß sie gänzlich glauben/ auch nit anders wissen oder ver-  
stehen/ dan daß es den Kindern zu gut vnd frommen entspriessen vnd die-  
nen solle/ welches alles durch blosser Vndersehrift des Stattschreibers nit  
hette gescheet/ sondern in allen Puncten vnd clausuln der Churf Mainki-  
schen Ordnung stracks nachgezangē werden sollen/ darauff sich auch die  
Wittib selbst in ihrem schreiben mit C. fundiren thut: hierüber der  
Bräu



Bräutigam in Eingang der Ehe kein ehelich Kind gehabt / sondern ein  
 leiger Gesell gewesen / auch das in diesem Ehestand erzeugeres Kind  
 kann vor ihm Todis verfahren / vnd also diese Kindtschafft nach art  
 vnd form höchstbemelter Ordnung nit auffgerichtet: so ist dieselbe krafft-  
 los / nichtig vnd ganz vnd gar vngültig / hat sich die Wittib vber ihr  
 eingebrachtes Gut / vber die 80. Gulden ein mehrers auß ewers Bru-  
 ders vnd Vatters Gütern nicht zuerfrewen: B. R. W. Ordinatio-  
 nem hanc Moguntinam, cum in Camera approbata sit, & cum ea  
 plerorumque locorum statuta ex alle convenient, integram retu-  
 lit. Musculus d. memb. 3, lit. F.

Bene-dictum VI.

De eo, qui primum ictum inflixerit militi, qui postea ab aliis  
 penitus exanimatus fuit, non excusando.

1. Casus. 2. rationes dubitandi. 3. textibus juris colorata. 4. Et aucto-  
 ritatibus. 5. consilium advocati cujusd. crudele. 6. Constit. Carol. 7. l. 1. §. ult.  
 ad SC. Silan. Et auctoritates sinistre adducta. 8. decisio. 9. Rationes deciden-  
 di seu refutandi. 10. Verus intellectus Const. Carol. art. 148. 11. Et l. 1. §. ult.  
 ad SC. Silan.

1. Cives quidam oppidi Eifenb. in Comit. N. convenerant  
 de caede militum ( quos pro praedonibus habebant; ) è quibus Phi-  
 lippus Weidenkopff eà exceptione utebatur quod militem quidem  
 unum lanceâ ferisset; qui tamen eo ictu non periisset, sed à sociis  
 demum planè interfectus esset: Q. An eà exceptione solâ excusari  
 queat?

2. Pernegabat enim reus se ullum militem trucidasse, sed  
 tantum lanceâ unum percussisse: Er habe keinen Soldaten vmb's le-  
 ben bracht / sondern allein dem einen in der bach einen streich mit dem  
 spieß gegeben: Es seye aber derselbige widerumb fortgeloffen / welchen  
 die Ebersheimer verfolgt vnd endlich erschlagen haben:

3. Atqui (1) si quis vulneratus mortiferè, postea alio ictu  
 maturius perierit, de occiso adversus vulneratam agi non potest,  
 sed quasi de vulnerato: quia posterior ictus non passus est appare-  
 re, an occisus fuerit tum, cum à priore vulneraretur. Ut elegan-  
 ter scripsit Vlpian. in l. huic scripturae. 15. §. si servus. 1. ad L. Aquil. qui  
 id ipsum, praeter rationem modò indicatam, etiam Celsi & Marcelli  
 auctoritate confirmat, in l. item Mela. 11. §. Celsus. 3. d. t. Qui textus  
 licet de L. Aquiliâ loquantur; & in L. Corneliâ iudicioque crimi-  
 nali



mali & publico aliud dicendum esse subindicent:

4. Doctores tamen communiter hâc de re promiscuè & ùndifferenter loquuntur. v. *Zaf. lib. 2. sing. intellect. c. 6. Menoch. d. A. I. Q. casu 362. num. 11. & 12. Tiraq. de pœn. temperand. cap. 61.* Unde Baldus in l. ita vulneratus. 51. ad L. Aquil. refert. Advocatum quempiam consuluisse consanguineis ejus, qui alterum lethaliter vulnerasset, vt illum facerent interimi per tertium, quò is, qui alterum lethaliter vulneraverat, pœnam mortis, tanquam non occidisset, evaderet. recensente *Tiraquell. ibid. & Romano. singulari. 260. ubi dicit, se ex isto consilio lucratum esse unam cappam sericam.*

6. Eoq; trahi (2.) solet. Art. 148. constit. Carol. vers. aber der anderer Beyständer. ex quo versu per argumentum à contrario sensu, hâc sententia elici solet: quòd si ostendi possit, cujus manu denique trucidatus fuerit defunctus, reliquos etiam periculosè vulnerantes, pœnâ ordinariâ non esse afficiendos: quamobrèm *Remus in suâ Nemese Carolinâ d. vers.* ita vertit: si quidem is, qui manu suâ cædem perpetravit, deprehendi possit, is ut homicida puniendus est: reliqui tantùm de vulnerato tenebuntur.

7. Denique & hoc in ista specie (3.) attendendum videbatur, quod de ictu ipso non constaret, lethalis fuisset nec ne, quâ de causâ etiam parcendum videbatur ei, qui primum ictum intulerat. *exemplo l. 1. §. ult. ad SC. Silan.* Nec aliter consilium supra laudatum limitare norunt Baldiani apud Ludovicum Romanum singulari 216. junctis additionibus in fine. Adde *Carpzov. part. 3. pract. Crim. 108. nu. 32. ubi l. 30. §. ult. ad L. Aquil.* etiam adducitur.

8. Hæ verò rationes in Facultate Anno 1622. 30. Martiâ tanti non fuerunt habitæ, ut reus ideò à pœna L. Cornel. absolveretur: cum disertè scriptum meminissent Domini, in l. 1. §. divus. 3. ad L. Cornel. de Sicar. eum qui hominem non occidit, sed vulneravit, ut occideret, pro homicidâ damnandum esse, *consent. Gail. 2. Obs. 109. n. 10.*

9. Existimatumque est (1.) doctores illos, qui in ejusmodi quæstione actionem civilem ex L. Aquiliâ, cum judicio publico ex L. Corneliâ; & obligationem pecuniariam cum pœnâ capitali confundunt, perperam agere. (verba sunt è consil. noviss. vol. 1. cons. 3. in exceptionibus specialibus n. 2. vor Philip Weidenkopffen.)

10. Textum verò constitutionis Carolinæ art. 148. loqui (2.) in specie de casu tali, quo offensio & cædes non consultò, sed inrixâ temerè & improvise est suborta. Quemadmodum id ex verficulo



ficulo, So aber esliche re. apparet ad quē unicē, neq; ad integram de-  
cisionem præcedentem, minimè vero omnium ad pr. tit. versic. u. s.  
oppositus est reducendus. Quod Rhemus etiam in suâ paraphr. si,  
vers. si verò alii, haud obscure indicat. Cæterum in casu propofi-  
to correi & complices deliberatò milites aggressi sunt: Ergo juxta  
principium d. art. 148. erit dicendum, primum percussorem itidem  
pœnæ orlinariæ esse subjectum. Nicol. Vigelius. in constit. Carol.  
d. public. jud. method. dispos. cap. 7. regul. 2.

11. Denique l. i. §. ult. ad SC. Silan. de casu loquitur, quo mor-  
tiferè vulneratus supervixit: at Dn. Carpzovius de homine à plu-  
ribus eodem tempore neci dato d. loc. non disquirat.

12. Planè malignum illud advocati supra indicati consi-  
lium veteres etiam Dd. reprobarūt, uti videre est apud Franciscum  
Cremensem singulari 56. ubi advocatum eum vocat malum & mo-  
dicæ conscientiæ.

## Bene-dictum VII.

### De pœnâ falsi Lusoris.

1. Lusum à Casistis perperam contractibus accenseri (2. quorum errandi  
causa detegitur) 3. cum potius delictis annumerandus sit. 4. paucis speciebus  
exceptis. 5. Mores tamen varia ludorum genera admisisse. 6. nec in falsos luso-  
res speciatim pœnam nobis ll. dictatam reperiri. 7. ex communi tamen le-  
gumlatione pœnam falsariis improbius. 8. aliquando etiam duriores  
dictari. 9. an collusori pecunia amissa adjudicanda, etiam si ille eam speciali-  
ter non petat exigatque?

1. Lepidi sunt, ac de collusione suspectos fere se reddunt  
Casistæ, quando ludum inter contractus referunt, post Lopez. Garf.  
Molinam: Vincent. Filiucius tract. 37. cap. 4. num. 49. eâ ratione; quia sit  
sponsio quædam, quâ colludentes invicem spondeant, se aliquando  
soluturos, si res aliter evenerit, quàm ipsi prætendunt.

2. Forsitan seducti falsâ interpretatione textus in l. ultim. §.  
si servus. de aleat. ubi id negotium gestum vocari videtur: quod sc.  
inter collusores actum sit, ut victori pecunia acquireretur. quo-  
modo eum locum ipse Faber in rat. ibid. prævio Cujac. in Paul. ib. in-  
terpretatur.

3. Cui tamen gl. interpretatio communiter & meritò præ-  
fertur: cum regulariter omnis ludus in pecuniâ, h. e. ubi agitur  
de lucrandâ vel perdendâ pecuniâ, sit factum illicitum. l. 2. §. 1. de  
aleat.



aleat. & interdictum tam Laicis quàm Clericis. *l. ultim. C. eod. c. Clerici. 15. de Vit. & honest. Cler. auth. interdicimus. & ibi gl. C. de Episcop. & cler. quod criminibus tantum non disertè annumeratur, in l. fugitivus. 225. de V. S. fac. illud Ovidij*

Hoc erat ad nostros non leve crimen avos. vel saltem delictis extraordinariis *Bened. Carpzov. part. 3. pract. crim. q. 134. n. 1. id quod multis rationibus confirmat. n. seqq. add. Farinac. quest. 109. num. 56. & seqq.*

4. (Paucis ludis exceptis, qui scil. virtutis potiùs, quàm lucri & pecuniæ causâ exercentur & ideo conceduntur. *d. l. 2. §. 1. v. late Farinac. d. quest. 109. part. 3. num. 106. C. I. A. de aleat. §. 2. Carpzov. d. loc. num. 28.*) Neque ex eo, sed contra illum actiones proditæ sunt. *v. l. 1. d. tit. & Damhaud. cap. 28. rerum criminal. num. 6. 9. 20. Ant. Fabr. in l. 4. §. 1. d. t.*

5. Quia verò corrupti mores usque adeo prævaluerunt, ut aleâ quoque ludere passim per mores liceat. *v. cap. 11. de Excess. prælat. Chilian. König. d. processib. cap. 57.* Ita ut plurimi non erubescant statuere, collusorem de consuetudine non teneri restituere ludo amissa, præter Casistas, (quos loco mox allegando Clarus sanctos viros vocat.) *Molinam. disp. 513. Lessium lib. 2. cap. 26. dub. 3. Filiucc. d. tr. 37. cap. 5. n. 67. Clarus. §. sentent. §. ludus. nu. 29. Caccialupus tr. d. ludo. n. 29. reclamantibus licet Abbate, Lancellotto & aliis apud Cludium d. condit. indeb. c. 6. n. 60. Farinac. q. 109. n. 75. & seqq. Heigio. 2. q. 10. n. 32. & aliis Practic. Sax. citat. à Wehnero in verbo auff Borgspielen. & variis aliqui agyrtae atq; sycophontæ technis homines soleant depeculari. arg. d. l. 3. vers. deinceps. ibi, dolo atque callidis. C. de aleat. Elegant. Iohannes Weinrichius disp. de Aleâ theorico-practica, Anno 1622. Erphordia habitâ, notabili. 6. Quæsitum fuit, quâ pœnâ ejusmodi stellio & falsus lusor esset afficiendus, welcher mit falschem spielen nicht ein geringe summen Gelds gewonnen?*

6. Neque enim directa in lusorem vel J. Civili, vel Carolinâ Constitutione statuta reperitur pœna. *Farinac. d. loc. num. 57.* Es ist in Peinlicher Halsgerichts Ordnung wider das falsche spielen keine außgedruckte Straff gesetzt. *consil. mss. Obrecht. vol. 1. consil. 53.* fortè quia nec mereri videntur obstinati in legum contemptû collusores, ut aliquo juris remedio subleventur. *arg. l. 1. §. 1. verb. susceptorem. d. aleator. Visumque E. facinus hoc referendû inter ea, quæ culpanda quidem sunt; non tamen coërcenda. l. 24. §. 5. solut. matr. l. 14. §. 14. d. religios.*



religios. & sumtib. fun. l. 3. §. 4. de sepulch. viol. quâ de causâ etiam Justinianum taxat A. Fab. in Rational. d. loc.

7. Quia tamen is qui ludit & fallit, duplex crimen committit; falsi, quia re falsâ utitur. arg. l. arbitrio. 18. §. de eo. 3. de dolo. & furti, quia nihil inter lucrum dolosum & furtivum interest. arg. l. falsus. 43. pr. de furt. Damhauder in praxi criminali. c. 128. n. 3. & 4.

8. Ideo falsum quoque aleatorem duplici pœnâ plestendum esse Interpp. censuerunt. Quorum sententiam secuti Antecessores nostri, responderunt Anno. 1596. ex consil. D. D. Obrecht. d. loc. daß Jacob Steger Gengenbacensis, weil Er mit falschem spielen den Leuten daß ihrige gleichsam gestohlen/ (auch 2. Ros entwendet) an das Halsgericht zu Gengenbach gestellt/ mit Ruthen außgehawen vnd des Landes verwiesen werden solle. confer. Menoch. cas. 399. num. 10. Farinac. d. quest. 109. n. 63. & seqq. ubi aliquos eâ de causâ etiam suspensos fuisse notat.

9. Addit Damhauderus d. loc. Restituendum esse lucrum ejusmodi falsis aleis comparatum, cum solius vincentis turpitudine semper versetur. Quod tamen in superiori sententiâ fuit omisum: An quia animadversum fuit, etiam victi in re illicitâ deprehensi turpitudinem versari; nec hîc cõditionem ob turpem causam aptè introduci aut accommodari, ut gl. quoque animadvertit in l. ultim. de aleat. verb. adversus: sed jure singulari l. 1. C. d. t. (quæ tamen in veteribus Codicibus teste Odofredo, ms. Obrechtii & pluribus aliis non habetur;) indultam esse victo lusori conditionem quasi indebiti. Cuj. in 7. C. d. tit. (providentiùs jure Castellæ, ipsa domini solutæ pecuniæ translatio impeditur. apud Filiuccium tract. 37. c. 6. n. 82.) Nempe si ille sibi vigilet, & maturè condicat: eo n. cessante magistratus ipse recipere pecuniam & in opera publica impendere debet. l. 1. 2. & 3. C. h. Cuj. & Fab. dd. locis. confer Farinac. d. quest. part. 5. n. 175. & seqq. An quia jus istud singulare vel non receptum ubique, vel desuetudine inumbratum sit? per allegat. n. 5. vel quia notoria rei egestas supervacaneam constituisset admonitione: Ut sanè non proficiunt malis quæ sita artibus: Spieler werden selten reich. v. Pfeil. conf. 28.

### Bene-dictum VIII.

#### De testamentis Conjugum reciprocis.

Q. An mutua sive reciproca conjugum testamenta jure defendi possint?  
Explosis negantium argumentis affirmativè definitur.

D

1, Dixi-

Cle-  
&  
riti-  
  
im.  
nac.  
  
lu-  
i. v.  
rov.  
itæ  
ant.  
  
ut  
ra-  
ant  
do  
vo-  
p. 5.  
clæ  
c. 6.  
ax.  
tq;  
de-  
disp.  
æ-  
en-  
ge  
  
oli-  
Es  
ine  
ortè  
res,  
d.  
ida  
4. d.  
gios.





1. Diximus de hac re obiter in huius sylloges bened. 1. Sed quia occasione consiliorum veterum seges dicendi uberior se offert, controversiam quotidianam hoc loc. plenius & magis distinctè discutiemus.

2. Quamvis enim doctissimi Viri scripserint, vix ambigendum esse, quin eiusmodi testamenta inter conjuges subsistant & valida sint. *Carpzov. part. 3. Iurisp. Constit. 7. desin. 18. n. 3.* Nonnulli tamen Icti, minimè triviales haud levibus argumentis ea impugnant, & inter eos *A. Faber.* in opere, quo alias receptas sententias ut plurimū tuetur, *Codicis sui, sub tit. de testam. desin. 18. n. 19. & seqq. Er. Sarmientus lib. 1. select. Interpp. c. 4. n. 2.* Quorum præcipua sunt. (1.) quòd in libris nostris nullum extet aut exemplum aut vestigium eiusmodi testamètorum: sive ut Sarmientus loquitur, quia in toto Jure nostro non reperiatur, quòd ultimarum voluntatum mercimonium permittatur: Sed jus eam rem tanquā improbam detestetur. *l. stipulatio hoc modo concepta. 61. d. V. O.* (2.) quòd ejusdem analogiæ sint contraria, siquidem eorum validitas ex alieno (superstitis nempe Conjugis, cui testamentum eiusmodi etiam revocare licet) pendeat arbitrio. *contra. illa institutio. 32. pr. de hered. inst.* Quin etiam (3.) ex morte alterius quàm testantis. Cum enim cæterorū testamentorum commune Jus illud sit, ut testantis morte confirmentur. *l. 1. l. 12. qui test. fac. poss. l. lex Cornelia. 28. de vulg. & pup. subst.* Hæc contra non nisi utriusq; conjugū mortē robur accipiant. Confirmatū enim testamentū dici, quod rumpi vel irritū per se fieri amplius nō possit, sed tamen destitui, ob non aditā hereditatem. *l. 1. fin. de injust. rupt.* (4.) Quodq; porro sint captatoria, *cont. l. captatorias. 70. & seq. d. hered. inst.* Solet enim ut plurimū fieri, inquit *Faber*, id agente uno ex conjugibus, ut alterius capter voluntatē. Addit Sarmientus (5.) fraudē fieri hoc pacto defuncto, cū superstes resilire à placitis possit. (6.) & quòd hoc tantū militibus concessum sit. *l. 19. C. de pact. nec proficere* (7.) contrariæ sententiæ. *l. si, qui. 26. de mort. caus.* quia loquatur in donatione particulari, non in eā, quæ majorem partem bonorum contineat. Hæc Sarmientus *d. cap. 4. n. 3. fin.* Addi (8.) poterat, quòd hæc testamenta redoleant pacta futuræ successionis: cum autem viventis nulla sit hereditas *l. 1. de hered. vend.* non rectè id, quod nullum est & adhuc incertum, an & quando futurum sit, in pactum deduci videatur. *l. pactum quod dotali. l. licet. C. de pact.*

3. Quamquam verò rationes hæc nō sint contemnendæ: postquam



quàm tamen receptum est, & pactis reciprocis conjugum successio-  
nes deferri. *contra l. licet. 19. C. de pact. testandi* hæc facultas facilius  
defendetur. *Græven. lib. 2. conclus. 126. n. 16. & seqq.* Unde D. D. Obrecht. 1.  
*consil. 25.* de ejusmodi facto consultus respondit: das ungeacht derglei-  
chen Einreden / die rechtliche Wahrheit sene / daß die auffgerichtete Ver-  
mächtnuß im Rechten beständig / vnd im wenigsten nicht zuverwerffen  
sene. Cum indubitati Juris sit, quòd pacta possint fieri de hereditate  
viventis, consentiente illo de cujus hereditate agitur, & quòd va-  
leant, si is ad extremum in tali voluntate duraverit. *l. ult. C. de pact.*  
*ubi Jus. n. 10.* Maximè quando pactum est reciprocum de mutuâ suc-  
cessionem. *Wesenb. 2. cons. 71. num. 25.* Aliâ & fortiore ratione utitur D.  
*Carpzov. d. definit. 18. n. 3.* quòd donatio universorum bonorum mor-  
tis causâ inter conjuges reciproca valeat, *l. si cum uxori. 9. §. ult. & ll.*  
*seqq. de don. int. vir. & uxor. l. ubi ita donatur. 27.* (forsan allegare voluit.  
*l. precedentem. 26.*) *l. pen. de mort. caus. don.* Itaque multò magis valere  
debeat mutuum testamentum. Nullum enim dubium est, quin liceat  
(jure communi) alteri ex conjugibus, alteri legare & alterum here-  
dem scribere, ut apparet ex *l. quæ dotis. 33. solut. matr. l. uxori meæ. de usufr.*  
*leg. l. uxorem. 41. de leg. 3. can. si pater. de testam. in 6. & l. ult. C. si quis aliq.*  
*test. Obrecht. d. cons. in solut. rat. dub. quest. 1. n. 1.*

4. Contrarias A. Fabri rationes alibi strictius & velut im-  
transitu perstringit *Carpzov.* nempe *part. 3. constit. 2. definit. 6.* paucas  
etiam tangit *Peckius lib. 1. de testam. conj. c. 19. n. 2 & 3.* Plenius autem  
responderi potest (1.) non omnes casus *ll.* definiri posse, & ob cre-  
bra Rom. divortia, & bonorum dotalium separationem ejusmodi  
testationes fortè infrequentiores fuisse: itemque sufficere juris ana-  
logiam, quæ in reciprocis donationibus mortis causâ & universo-  
rum bonorum. *add. l. si pater puella. 12. ubi Dd. C. de inoff. test. l. fideicom-*  
*missio. 11. C. de transact. l. 7. §. 2. de donat. int. vir. Trent. 2. 19. 4. b.* jam satis est  
ostensa. Nec (2.) ex superstitis voluntate defuncti pendet arbi-  
trium, quantum ad ejus dispositionem propriam attinet: sed muta-  
tio tamen licita est quoad partem ipsius superviventis. Ex veriore  
E. sententiâ, de quâ mox videbitur (3.) voluntas defuncti statim  
ejus morte confirmatur: licet superstes de bonis sibi relictis pro  
suâ iterum voluntate liberè disponere & testari queat. Neque hinc  
(4.) captatoria malignitas aut votum mortis locum habet: quippe  
cum affectio conjugalis præsumptionem ejusmodi prorsus exclu-  
dat, tam in testamento mutuo, quam in mortis causâ donatione re-



eiproca. *Carpzov. d. loc. nu. 9. Gilken. post Bl. & Castrens. à se all. l. 19. C. de  
 pact. nu. 3.* Nec (5.) fraus fit defuncto, sed ejus voluntas tam in per-  
 sonis fideicommissariorum. v. *Carpzov. part. 3. const. 7. defin. 18.* quàm  
 institutæ conjugis custoditur. Quin etsi quiddiversum à voto mor-  
 tui accideret, imputare tamen sibi deberet testator, cur id testamen-  
 ti genus elegerit: potuit enim & debuit prospicere, posse hoc eve-  
 nire. *arg. l. 9. §. 1. locat.* uti ex ipso Fabro, quem suomet gladio jugu-  
 lat, loquitur. *Carpzov. p. 3. Const. 2. definit. 12. n. 11.* Porro (6.) non ob-  
 stat *l. 19. C. de pact.* quæ de pactis simplicibus, aut scripturâ nudâ de-  
 claratis loquitur, quibus sanè J. Civili hereditates non transferun-  
 tur. Aliud autem est in testamentis legitimis & solennibus. *Gilken.  
 d. n. 3.* Quid quod aliqui dicunt, non minorem favorem pugnare  
 pro conjugibus, quàm pro militibus: quibus aded ex eadem etiam  
 juris ratione debeat succurri. Cum plurimum publicè interfit,  
 etiam pacta reciproca inter conjuges valere, ut sc. præmio & emo-  
 lumento de lucrands bonis invitentur. *Perez. in. C. de donat. int. vir.  
 circ. fin.* Denique (7.) licet textus *l. 26. d. m. c. d.* fortè de donatione  
 particulari loquatur: alii tamen supra allegati idem de universali  
 evicerunt, alii textus indefinite loquuntur. Concludamus igitur  
 testamenta hæc valere, sive alter alterum heredem absolutè fecerit:  
 sive post mortem utriusque bona heredibus ipsorum, jure fideicom-  
 missi assignentur. v. *Carpzov. 3. const. 7. defin. 18. in formulâ. Radelantium.  
 decis. curie Traiectinae. 126.*

## Bene-dictum IX.

### De eadem materia.

*Q. An testamenta conjugum reciproca à superstite Conjuge possint revocari  
 aut posteriore testamento condito retractari?  
 Idem affirmative deciditur.*

1. Pulcherrimè quæstio hæc ventilata legitur apud *Iulianum  
 Peleum, quest. illustr. 21.* Sed negativè à Curia Parisiensi decisa depre-  
 henditur. ibi, La Cour jugea, que le testament mutuel, ne se pouvoit  
 revoquer; & infirma le partage codicillaire de la mere entre les en-  
 fans. Eà fortè, quam pars negans allegaverat, ratione motà: quod te-  
 stamenta non pendeant ex voluntate unius, sed duorum; atque aded  
 mutuus amborum consensus, qui testamento condendo adhibi-  
 tus sit, transeat in vim contractus, ideoq; revocari non possit. *arg. l.  
 sicut. 8. §. venditionis. 11. quib. mod. pign.* eo casu, cum alteruter jam de-  
 fuit posse



sint posse pœnitere. Eamque sententiam pluribus argumentis confirmat *A. Fab. d. defin. 18. n. 2.* quia sc. (2.) negari non possit, quin actus isti conjugum testantium sint correspectivi, & quia unus conjux alterius contemplatione ita disposuerit. Revocato itaque per alterutrum ex conjugibus testamento, alterum quoque omnimodò revocandum esse: siquidem in omnibus actibus correspectivis id contingat, ut destructo uno alterum quoque destruat. *l. cum te. 6. C. de pact. int. empt. & vend.*

2. Sed hanc opinionem priore (de validitate testamenti reciproci) longè peiorem esse pronunciat *Sarmientus. d. lib. 2. c. 4. nn. 2.* Et sanè si Juris Civilis rationes expendamus, contrarium omnino dicendum videtur, & libertas testandi haud quaquàm coarctanda: cum nemo sibi eam possit necessitatem imponere; ut à priore voluntate sibi recedere non liceat. *l. si quis. 22. d. legat. 3.* sed quælibet ultima voluntas ambulatoria & libera relinqui debeat, usque ad mortem. *l. cum hic status. 32. §. pœnitentiam. 3. de donat. int. vir. l. quod si. 4. de adim. v. transf. leg.*

3. Nec aliud statuendum est in testamentis ejusmodi reciproci s. mutui: quia licet in unâ membranâ duo testentur, tamen tale testamentum non pro unico, sed duobus habendum est. *inquit, Gail. 2. O. 117. n. 2. & Faber ipse d. loc. concedit.* (Nec enim duarum personarum aut una hereditas esse potest, aut unum testamentum, nisi cum tractatur de substitutione pupillari.) Eiusq; hæc natura est, ut uno inter vivos voluntatem mutante (quod potest. *l. 32. §. 3. d. m. c. d. Carpzov. part. 3. const. 2. definit. 11.*) vel præmortuo, testamentum in ejus duntaxat bonis confirmetur: conjugi autem superstiti liceat pro suâ parte testamentum revocare; & disponere de suis bonis pro lubitu. *ICTi Altorsenses Resp. 58. p. 343. per text. l. Lucius. 78. §. Caso Sejo. 7. ad Scutum Treb.* Atque ita etiam definivit *D. Obrecht. in præfato cons. uti ex formulâ in sequenti decisione subjiciendâ patebit.*

4. Ad rationem dissentientium primam, responsum fuit à propugnatoribus testamenti posterioris; negando minorem: quòd sc. modò aut jure contractus hæc testamenta condita sint aut censi debeant; cum nullus testantium animum & intentionem se obligandi habuerit, sed ultimâ suam & charissimam voluntatem declarandi. *Carpzov. d. definit. 12. n. 6. & 7. & defin. 13. n. 15.* Et sanè longissimè distant verba contrahentiû atq; testantium *l. 20. de V. S. nec à tractatu prævio,* (ut sanè conjuges in antecessum blando sermone volunta-



tem mutuam provocare possunt. *l. ult. ff. & C. si quis al. test.*) sed ab ipso actu substantiali res appellanda venit. Ad rationem Fabri respondet *Carpzov. d. part. 3. const. 2. def. 12. n. 9.* diversitatem horum correlativorum adducendo: quia *ut supr. d.* duo hinc sunt diversa atq; separata testamenta, quorum unumquodque morte demum sui testatoris redditur irrevocabile. Aliud E. fortè fuerit, si maritus solus de universis bonis conjugū, uxore consentiente testetur, de quo casu v. *Carpzov. def. 13.* Plenius hanc quæstionem tractat & variis præjudiciis incl *Facult. Jurid. corroborat D. Finckelth. O. 90.* Quin & in pactis dotalibus comm. receptum est, ut quatenus ea vim ultimæ voluntatis habent, ab alterutro conjugum possint retractari, *uti videre licet ap. Berlich, 2. concl. 51. n. 25. & 26. Carpzov. 2. const. 43. def. 10. & seq.*

## Bene-dictum X.

*In quo ulterius, Quæstio & casus.*

*An testamentum conjugum reciprocum apud acta factum, à superstite coram Notario & testibus possit retractari? affirmati v. resolvetur.*

1. Superioribus capitibus de quæstione an sit, disseruimus, & ostendimus testamenta conjugum reciproca valere; ita tamen ut & viventibus pœnitere, & superstiti mutare voluntatem liceat: nunc ad quæstionem quomodò, ut progrediamur, jam supra allegati responsi factique series nos monet ac impellit.

2. Proponebatur enim quòd Ulrich Greitter & Margareta ejus conjux. Anno 1572. testamentum reciprocum apud acta, vor *Meister vnd Rath zu Bengenbach* condidissent, cum clausulâ de non revocando. Cùm a. post obitum Margaretae uxoris, viduus An. 1593. aliud testamētum coram Notario & testibus sancivisset: Dubitatum fuit inter alia, an posterius hoc testamentum subsisteret, cum prius apud acta conditum solenniter non esset revocatum.

3. Dicebant enim heredes primi: prout quidq; contractum est, ita & solvi debere. *l. 80. de solut.* cum nihil tam naturale sit, quàm eo genere, quodq; dissolvere, quo colligatum est. *l. 35. & 153. d. R. I.* Atqui testamētum prius apud acta fuisse conditum. E. apud acta etiam revocandum fuisse: Uti respondit in terminis *Richard. 2. conf. 83. n. 2. & 3. ibi. darumb were mein trewer Rath ic.* (2.) Observabatur, quòd prius in posteriore non fuisset expressè revocatum: unde subsistere illud etiamnum intelligebatur. *arg. l. 32. §. ult. in f. C. de appell.* Prior enim



enim ultima voluntas non praesumitur mutata, nisi probetur. *c. mitiores 3. in fin. d. baptis. c. licet. 7. de procurat. in 6. (3)*. Urgebatur etiam clausula derogatoria de non revocando priore testamento ab utroque conjugue interposita testator enim huic promissioni contraveniens dicitur fieri perjurus. *Iason. in l. nemo potest. n. 93. de R. l. Alciat. in cap. cum contingat. nu. 77. de jurej. ubi communem dicit. Socin. in l. stipulatio hoc modo. n. 50. de V. O. (4)*. Maximè cum illius in posteriore testamento nulla facta fuisset mentio: Ejus enim putatur efficacia hæc clausula, ut prius testamentum fortiter sustineat; si illius in posteriore testamento non facta sit mentio. *uti comm. docent Bart. & alij. in primis a. Alex. & Iason. in l. 12. §. 3. vers. interdum, de legat. 1. l. 14. eod. facit l. 22. vers. sed hoc ita. de leg. 3.* Quæ sententia in foro recepta & præjudiciis curiarum comprobata est, *uti post Guid. Papam. A. Fabr. & alios infinitos testatur noviss. Ioh. Sandaus lib. 4. decis. Frisc. tit. 1. desin. 10.*

4. Non obstantibus autem istis allegationibus D. Obrecht. *sapius alleg. consil. 25. q. 3. contrarium definiit. daß weyland B. S. legtes Testament beständig vnd dardurch das erste revocirt vnd auffgehoben sene per rationes in superiore decisione annotatas.* Cum enim inquiebat, eodem etiam testamento voluntas mutari possit. *d. l. 22. d. leg. 3.* Ideò multò magis duobus testamentis, diverso tempore factis, prius per posterius tolletur. *l. 6. §. 2. de jure Codicill. l. si jure. 18. vers. sed vix. de leg. 3. Corneus. 4. consil. 7. n. 7. nec opus est, ut præcisè primi in secundo fiat mentio; §. posteriore. 2. juncto 3. I. quib. mod. test. quia ultima defuncti voluntas, non prima est attendenda. d. l. 22. vers. suprema. Mich. Grass in comm. sent. §. testamentum. q. 86 n. 1.*

5. Tametsi verò (1.) inter utrumque testamentum aliqua appareat differentia, quantum ad locum & personas attinet; utrumque tamen sua habet solemnia, quod sufficit. *Vasq. de success. resolut. lib. 1. §. 1. n. 7. ubi dicit: testamentum solenne tolli per posterius similiter solenne, (an & per nudam revocationem coram 7. testibus enunciata? Aaron. Merend. 3. contr. 44.) licet prius fuerit in scriptis, posterius nuncupatum propter generalitatem textus §. ult. l. de testam. §. posteriore. l. quib. mod. test. & ita consuluit Alex. 4. consil. 105. n. 1.* Nec remorari potuit testatorem (2.) contrariæ promissio (quam tamen in vitâ conjugis constanter servavit, quod iterum satis erat, *per ea quæ eleganter tractantur apud Iulianum Peleum illustrium qq. 21 p. 99. ibi teste clause nede oblige, que pend. ant. la vie de deux*) cum et si jurarit testator, se testamentum non revocaturum, tamen voluntatem mutare queat.



queat. per d. l. 22. de leg. 3. ubi Br. & Dd. & in l. cum duobus. §. idem respondeat.  
pro soc. nec testator fit perjurus. Br. in l. si quis pro eo. n. 4. de fidejuss. quod  
multis auctoritatibus firmat Grass. in commun. sent. §. testamentum. q.  
87. num. 1. ubi id in duorum conjugum testamento, cum clausulâ de  
non revocando confecto, verum esse firmat. Nec (3.) clausula ista  
propriè est derogatoria: cum in testamento non fuerit dictum, daß  
nachgehende testamente keine Krafft oder Wirkung haben sollen: sed  
illud tantum maritus suo nomine & uxor per curatorem promise-  
rit; diß ihr Gemächnuß / h. e. testamentum primum, wahr / fest /  
stetig vnd ohnverbrochenlich zu halten / darwider nicht mehr zu thun / noch  
schaffen gethan werden / ganz vnd gar in keine weis noch wege / mit ver-  
zeihung aller vnd jeder etc. conf. sentent. simil. ap. D. Finckelth. O 90. n. 32.  
& 33. Et si maximè talis esset, pergebat D. Obrecht. tamen (4.) hoc ca-  
su vel eo respectu nihil operaretur, quod à tempore primi & ultimi  
testamenti elapsum esset decennium: quo casu testamentum poste-  
rius confirmari Dd. volunt, etsi in eo non fuerit facta specialis men-  
tio clausulæ derogatoriæ. Paris. 3. consil. 10. n. 17. Ruin. 2. consil. 11. n. 10.  
Clar. in §. testamentum. q. 99. vers. scias etiam. Achil. Personal. tr. d. petit. he-  
red. n. 629. vers. secundo. quos refert & sequitur. Mich. Grass. in sent. comm.  
§. testamentum. q. 86. n. 10. Alii etiam sine hac circumstantiâ, poste-  
rius testamentum sustinuisent, per doctiss. disput. A. Fabr. 37. error. 7. &  
38. error. 1. Bach. 2. 10. 7. b. p. 566. Cuj. 14. O. 7. Ant. Merend. 4. contr. 49. &  
50. Itaque sententia hunc ferè in modum fuit concepta:

5. In sachen / weyland Herrn Ulrich Greiters alten Stätt-  
meisters vnd Margarethen seiner Hausfrauen sel. Erben ab intestato  
in actis benant / Klägere an einem: wieder Thomam Schneidern / ge-  
melten Ulrich Greiters Testaments Erben / beklagten / andern theils: ist  
nach Erwegung aller vmbständ / vnd auff gehabten Rath Erkandt: daß  
Ulrich Greiters sel. letztes vor Notario vnd gezeugen auffgerichtes Tes-  
tament vnd Vermächnuß im Rechten beständig / vnd daß also Bess.  
von eingeführter Klag soll absolvirt werden: wie wir ihn auch hie-  
mit absolviren / mit Vergleichung beederseits auff-  
geloffener Vnkosten etc.



ULB Halle  
005 714 745

3




VD17











# BENE-DICTORUM

SIVE

QUÆSTIONUM PUBLICE

TRACTATARUM

SYLLOGE I.

QUAM

SS. TRIADIS AUSPICIO,

PRÆSIDE

VIRO AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO,

DN. JOH. OTTONE TABORE U.J.D.

IN INCLUTA ARGENTINENSIVM UNI-

VERSITATE COD. ATQUE FEUD. PLACIT. P.P.

ET ANTECESSORE DIGNISSIMO, PATRONO

ET PRÆCEPTORE SVO ENIXE SVBMISSE-

QVE COLENDO,

SOLENNI CENSURÆ

IN AUDITORIO MAIORI AD D. <sup>30</sup>XXII. M.

MARTII INSTITVENDÆ EXPONIT

DOMINICUS DIETRICH.

ARGENTORATENSIS,



ARGENTORATI,

Typis JOANNIS PHILIPPI MÜLBII,

ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.

Anno M. DC. XLII,

239

1642, 8.

37